D · G ·

CHRISTIANVS IIII
DANIÆ NORWE=
GIÆ VANDALO=
RVM GOTTO=
RVMQVE REX
DVX SLESVI=
GÆ ATQVE
HOLS ·

A C

M D XCII ·

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]




Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

42,-29-4°

Danske afd. BOX

(LN bis 345)

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

JONÆ AB ELVERVELT
DE HOLSATIA
EJUSQUE STATU ATQUE OR-DINIBUS DIVERSIS CLASSES III.

nunc primum Elegiaco carmine in
lucem editæ;

QVIBVS MAGNIFICI NOBI-LISSIMIQVE D. HENRICI RANZOVII PRO-*ducis Regii, ſingulis ferè in locis, Hiſtoricus contextus unà cum typorum elegantiis acceſſit.*



SYMBOLVM IONÆ DE ELV.

In te animæ, vitæq; DEUS ſpem pono, nec unquã
Confundar; fidei tanta columna meæ es.

HAMBVRGI

Typis Hæredum Jacobi Wolffii.

M. D. XCII.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CATALOGUS EORUM QUÆ IN hoc Libello continentur.

Agit hic libellus de veterũ Cimbrorum antiquitate, origine, augmento, & poſſeſſione: Quæ noſtra ætate dividitur in

- *Holſatiam propriè dictam,*
- *Stormariam,*
- *Dithmarſiam,*
- *Vvagriam &*
- *Ducatum Sleſvicẽſem. In quibus II conſtituuntur Status:*
  - *Superior, qui ordines habet III.*
    - *Principum hi ſunt*
      - *Reges Daniæ & Principes Holſatiæ*
    - *Prælatorum, qui continet Epiſcopatus*
      - *Lubecenſem & Sleſvicẽſem: illi habent*
        - *Capitula V.*
          - *Lubecenſe.*
          - *Hamburgenſe.*
          - *Sleſvicenſe.*
          - *Haderſleb.*
          - *Oitinenſe.*
        - *Abbatias VII.*
          - *Reinfeldenſ.*
          - *Bordeshol.*
          - *Segeberg.*
          - *Arnsbecenſ.*
          - *Ciſmarienſ.*
          - *Lumenſem. & Ruenſem.*
        - *Monaſteria XV.*
          - *Quorum V. veſtalium choris celebres ſunt.*
          - *Reliqua X. in uſum ſcholarum & Xenodochiorum ceſſerunt.*
    - *Nobilium, quorum familiæ ſunt*
      - *LI. Hæ ex II. Claſſe infrà petendæ ſunt.*
  - *Inferior, qui ordines habet II,*
    - *Civium quorum Civitates & Oppida numerantur*
      - *XXXI. Harũ nomina ex II. Claſſe infrà petẽda ſunt*
    - *Ruſticorum, horũ ſunt præter reliquas ducatuũ Colonias*
      - *Provinciæ, quarum exceptis cæteris Holſatiæ partibus III. recenſentur*
        - *Anglia.*
        - *Eiderſtadium.*
        - *Stapelholmiũ.*
      - *Inſulæ XII.*
        - *Fimbria*
        - *Strãdia.*
        - *Alſena.*
        - *Arr.*
        - *Buſena.*
        - *Sundervit.*
        - *Siltia.*
        - *Baſſoa.*
        - *Terra S.*
        - *Atroa.*
        - *Schvantzena.*
        - *Kekenitzia.*

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

B.R.II.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Sereniſſimo atq; potentiſſimo Domino,
Domino

CHRISTIANO
IV. DANIÆ, NORWEGIÆ,
Wandalorum Gothorûmque
Regi,

Nec non Illuſtriſſimo atq; Reverendiſſimo
Domino, Domino

JOANNI ADOLPHO,
ARCHIEPISCOPO BREMENSI
ſummoq; Lubecæ Præſuli: Principibus Sleſvigæ,
Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ, Comitibus Oldenburgi ac Delmæhorſtæ, Dominis ſuis clementiſſimis

JONAS AB ELVERVELT.

S. P. D.

Quemadmodum illuſtria Heroum facta geſtarumq; rerum hiſtoriæ debito à majoribus in honore fuerint habitæ: Sic etiam apud nepotes horum memoria celeberrima ſemper fuit. Sicut enim eiuſmodi virtutes egregiæ ſunt ſingularia Dei opera, ita & mirandum naturæ humanæ decus eſſe

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

onn ignoremus. Quid itaq; præclarius in rerum univerſo præſtari poteſt, quàm illuſtres clariſsimorum virorum familias, variaſq; regionum Ciuitates atq; Oppida, eorumq; præconia debitis laudibus ad poſteritatem tranſmittere? Quibus, veluti flammulis, ad excellentes animi motus illa accenditur. Hæc ego de clariſsima patria animo mecum perpendens, magnopere dolui, non ſolùm Reges & Principes, qui ante tempora noſtra vixerunt, fouiſſe ingenia, quorum induſtria virtutibus ſuis hi poſteris eſſent commendati: ſed nobiles etiam viros, quibus certè incubuiſſet patriæ memoriam ſtudiis propagare, planè ab hac parte alienos fuiſſe. Quod tamen generoſitati ipſorum potius, cum aliâs in Cimbria hac Cherſoneſo (quod pace dixerim) magis virtute & illuſtribus factis Principes & nobiles viri, atq; in aliis regionibus excelluerunt, quàm negligentiæ imputandum eſſe exiſtimo. Nam ſerius Cimbri, ob Martiam virtutem, ad ſtudia animos adiicientes, eſſe magis quàm dici fortes maluerunt. Quam ob rem cùm his regionibus id potiſsimum deficeret, ut non ſolùm induſtria, eruditione ac ſapientia eximium, ſed et veterum monumentorum peritiſsimum quendam virum haberet, cu-

jus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

jus ſcriptis atq; auctoritate res Holſaticæ ex tenebris in lucem reſtituerentur: unus Hinricus Ranzouius Produx R. ex tam florentiſsimo nobilium Holſatorum ordine contigit, qui ad hanc rem idoneus eſſet. Quo duce, adverſus ingruentes temporũ obliviones, res Holſaticæ unicè noſtro ſeculo conſeruantur, ſeq; iis muniunt præſidiis, quæ ſi firma manſerint, nulla unquam illarum memoriam ex animis hominum ætas poſtera evellet. Cujus induſtriæ monumenta, præterquam quod patriæ univerſæq; Germaniæ communi quodam ornamento ſunt, apud omnes eruditos in ſumma admiratione habentur. Quæ quidem ingenii vis etſi arte exculta ſummisq; doctrinarũ ſtudiis comparata magnifico & nobiliſsimo Ranzovio ſit: tamen ſemina cælitus trahit, & ſingulare DEI donum eſt in heroica nobilium hominum natura. Pro quibus beneficiis maximas DEO gratias meritò agemus, qui in hoc turbulentiſsimo rerum ſtatu Heroica ingenia excitat, quæ virtutum memoriam ad poſteros propagent, aliosq; exemplis ſuis ad doctrinam & reliquas virtutes alliciant. Hujus itaq; rei cum non tantum veterum exempla extarent, ſed pulcerrima etiam in magnifico atq; nobiliſsimo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Henrico Ranzovio veſtigia mihi adeſſent, exiguam quoq; hanc ingenii mei ſignificationem gratiſſimæ patriæ declarare ſum adductus: qua maximè cùm Reges & Principes aliquot harum regionum, tùm etiam nobilium Holſatorum familias, Vrbes atq; Provincias in his Ducatibus deſcribere ſum conatus. Etſi verò non ignorem, tantum auctoritatis mihi non eſſe, ut dignitati harum rerum æquè ſatisfacere queam: tamen hæc mea qualiacunq; ſtudia ederem, patriæ amor, quo nihil mihi jucundius, nihil ſanctius unquam fuit, impulit. Equidem fateor, me & amare & debito honore afficere patriam, ac optare quidem ut excellentiam & heroicas virtutes, quibus Principes & nobiles viri in hoc plurimum excelluerunt, apud exteras etiam gentes innoteſcerent. Verum illuſtribus, quibus majorum ætas præclara fuit, ſcriptoribus nequaquam, propter ingenii mei imbecillitatem, me comparo: tum propterea etiam, quod in domeſticis hiſce occupationibus meis atque curis, quibus in hac temporum confuſione vita obruitur, tantum operæ, quantum magnitudo rei poſtulat, tribuere huic labori integrum non fuit. Quamvis igitur ab initio

rat.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

ratio tenuitatis meæ plurimum me deterreret, & res ipſæ non exiguam ſecum afferrent difficultatem: malui tamen adhortationi illorum, quibus nihil debui negare, obſequi, quàm aliquam imbecillitatis meæ prætendere excuſationem. Neq; mediocrem ſanè diligentiam atq; animi mei voluntatem in his conſpici exiſtimo. In adjungendo Hiſtoriarum contextu operâ ſedulitateq; magnifici nobiliſsimiq; viri D. Henrici Ranzovii Producis R. potiſsimùm uſus ſum, qui totius antiquitatis ac rerum ferè Holſaticarum memoriam exquiſitè tenet, & exactiſsimam aliquando cognitionem de his poſteritati ipſe communicabit.

Hæc itaq; qualiacunq; de patria ejusq; ſtatu atq; ordinibus diverſis ſcripta R. M. atq; C. V. CHRISTIANE potentiſsime & Illuſtriſsime JOHANNES ADOlphe, eam ob cauſſam potiſsimùm dedicare volui, quod inter cætera videlicet illuſtrium nobiliumq; virorum luminaria divinæ majorum veſtrorum virtutes & facta, à quibus ſereniſsimum & inclitum veſtrum genus ducitis, paſsim in his celebrantur. Libuit enim brevem Poten-

tiſsi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

tiſsimorum Daniæ Regum Genealogiam, & divi-
ñi Herois Adolphi, fratrumq́; Johannis atq; Phi-
lippi P. M. vitam & præcipuas adeò eorum, ma-
jorumq́; veſtrorum atq; nobilium, quæ in his locis
acciderunt, undiq; res geſtas intexere: ex quibus
plurima virtutum & abſolutiſsimæ vitæ exempla
in univerſum terrarum orbem longè lateq́; diſſemi-
nata ſunt. Magnanimi namq; & bellicoſiſsi-
mi FRIDerici II. Daniæ Regis parentis & con-
ſanguinei veſtri mores, quibus ille armis ac pace in-
claruit, omnes mortales norunt, ejuſq́; fortitudinis,
conſtantiæ pietatisq́; memoriam nulla temporis ob-
livio iñ orbe delebit. Quid de bellica virtute atq;
magnanimitate Adolphi parentis & conſanguinei
dicam? cujus celſitudo & generoſitatis virtus al-
tior ſemper fuit, quàm ut iis, quæ in hoc libello noſtro
ſunt, encomiis pro dignitate extolli poſsit. Nec
fieri (quod opinor) poteſt, quin animus veſter cum
Publio Scipione, quem vehemẽter ad virtutem in-
flammatum fuiſſe ajunt, conſpectis majorum ima-
ginibus, ad gloriam accendatur, lectis hiſce paren-
tum & conſanguineorum præconiis, quæ brevibus
in hoc libello encomiis extuli. Majorem deniq;
præſens R. M. & C. V. ſtatus dedicandi fiduciam
attulit.

K-K

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

attulit. Cum enim propter ſingulares utriuſq; ingenii dotes eximiamq; indolis veſtræ dexteritatẽ, quib. alter in doctrinarũ ſtudiis et virtutib. ſingularib. privatim, alter verò in publico dignitatis Epiſcopalis munere, non exigua omnium admiratione antehac excelluit, ad patriæ etiam gubernacula, hæreditaria quadam ſucceßione evecti ſitis, non ingratam *hanc Operis mei dedicationem futuram exiſtimavi: præſertim cum harum regionum, Nobilium, Civiumq; et Subditorum, quorum moderatio communis R. M. ac C. V. eſt, in eo familias & deſcriptiones tractandas ſuſcepiſſem, quibus magnifici & verè nobilißimi D. Henrici Ranzovii Producis R. hiſtoricæ annotationes multis in locis acceſſerunt. In his enim R. M. & C. V. regni totius ſubditorumq; depictam quaſi effigiem ante oculos habent: quibus facile, apud reliquos Germaniæ Reges Principesq;, & majeſtate & celſitudine excellere poßitis. Florentißimo namq; Provinciæ veſtræ nobilium equitatu (ſine quo nullus imperii vigor eſt) undiq; fulgent, quorum opulentia & generoſitas animi non noſtris ſaltem, ſed exterarum quoq; regionum gentibus, jamdudum innotuit. Nec infima in Civitatibus & Oppidis*

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

diverſis, civium frequentia vobis eſt: His agreſtium populorum, qui ſub R. M. & C. V. alis ſatis feliciter degunt, copia accedit uberrima. Apud quos cum ſemper celebris & gratiſsima majorum veſtrorum memoria extiterit: præclarè agetis, ſi & hujus gloriæ hæreditatem ad poſteros conſervaveritis. Quod ut faciatis, & noſtras has lucubrationes eo, quem in vobis mihi polliceor, animo ſuſcipiatis, iſta qua debeo animi ſubjectione rogo. DEUS Opt. Max. R. M. & C. V. ad proſperam felicemq́ʒ ſubditorum gubernationem, & propagationem literarum pietatisq́ʒ diu incolumes ſervet. Datæ Neomonaſterii in finibus Stormariæ ad Svalam fl.

In Lib. Jonæ de Elvervelt
De Holſatia, &c.

Dum tua Muſa Ducum tollit Regúq́ʒ labores,
Oppida, magnificas Nobiliumq́ʒ domos,
Junctaq́ʒ Pieriis inſignia verſibus ornat,
Fallor? an inſignem te quoqʒ Jona facit?

Bartholomæus Oppermannus.

PRI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

PRIMA CLASSIS.

DE CIMBRIS, EORVMQVE origine, antiquitate, augmento & poſſeſsione, &c.

CAPUT I.

PRIUSQUAM ad conſtitutos Ducatuum 1.
atq; Provinciarum ſtatus & horum inſignia
accedamus, hiſtorica quædam generalia de
Cimbris eorumq; origine, antiquitate, au-
gmento atq; poſſeſsione, præmittere operæ pretium
erit. Generoſiſsimos enim & illuſtres harum regio-
num Principes, nobiles ac incolas, poſteros eſſe Cim-
brorũ, qui ante ſecula aliquot ex bellis in Italia geſtis
ſuperſtites manſerunt & incolumes rediêre, tam ex
recentiorum quàm veterum hiſtoriographorum mo-
numentis conſentaneum eſt: quos a Cimmeriis po-
pulis ſupra Thraciam eſſe ortos Strabo aſſerit. Me-
moriam autem Cimbrorum millenis ſeptingentenis
& ſedecim amplius annis celebrem in Cherſoneſo
Cimbrica extitiſſe Hiſtoriarum R. Taciti Annales
teſtantur. Qui eodem in tractatu, inter Germani-
cum Britannicumq; maria, non procul â Saxonum
oris ad plagas Arctoas conſediſſe Cimbros affirmat:
ubi videlicet Iutæ, Sleſvicenſes, Angli, Holſati, Stor-

Ante 1716. annos Cimbri extiterunt.

 mari,

mari, Wagri, Dithmarſiq; populi, noſtra ætate, ſedes ſuas habent. Hinc cum bellicoſiſsima gens Cimbri regna cladibus ſuorum augere potius, quàm â majorum virtutibus degenerare maluerint, auxiliantibus Jutis, Anglis atq; Saxonibus (ſub quorum tutelam Cimbri confugerant) cum tribus claſsibus A. C. 446. Britanniam invaſerunt: quam occupatam, incolis regionum undiq; profligatis & in fugam redactis, pari ſorte invicem diſtribuêre, quod ex venerabilis D. Bedæ hiſtoriis colligi poteſt. Unde in hunc uſq; diem, ut Macrobius capite 78. habet, â noſtris Anglis Britanniæ regnum, quod & ipſi Anglici hiſtoriographi teſtantur, nomen obtinuit. Nec Cimbri quoq; aliquot partes ſibi ereptas â Vandalis, Slavis Obotritisq; vi & virtute ſua non tantum receperunt: verum etiam crebras hoſtium depopulationes, ſedulâ arcis Plônenſis expugnatione, atq; everſione terræ Slavorum, ulti ſunt: donec Wagria, reliquis provinciis adjuncta, in Adolphi II. Comitis Holſatiæ & Schawenburgenſis poteſtatem pervenit, & â ſubditis Slavis erepta eſt.

A.C. 446 Angli Cimbri Britanniam invaſere.

Fuiſſe itaq; bellicoſiſsimam gentem Cimbros (qui, Valerio Maximo referente, in acie gaudio exultare, tanquàm glorioſè & feliciter è vivis exceſſuri, in morbis verò, quaſi turpiter perituri, lamentari conſueverunt) ex Rom. Hiſt. Annalibus meridiana luce clarius eſt. Cum enim Papyrium Carbonem conſulem, in acceſſu intercludendo, cum integro exercitu fortiter proſtraviſſent, â Marco Junio Syllano conſule, ut Romani in Incolarum ſocietatem ſuſciperent, petierunt, hoc cum negatum ipſis fuiſſet, armis atq; viribus, quod precibus denegabatur, obtinere conati ſunt.

ti ſunt. Inde à Caii Manlii & Q. Servilii Cæpionis Proconſ. ętate, quos cum octoginta militum millibus, quadraginta millibus Calonum Lixarumq; captis, penitus interfecerant, continuum bellum per 12 annos cum Romanis geſsêre: donec à Mario ad quinctum Conſulatum, prope Atheſin fl. profligati, ad internecionem deleti ferè ſunt. Quicquid verò integris hiſce 12 annis memoria dignum ab utrisq; geſtum ſit, in ſingulari quodam tractatu à magnifico atq; nobiliſsimo D. Henrico Ranzovio Produce R. deſcriptum eſt. Quam ob rem illi poſt acceptam hanc cladem, maximè ab exteris, à bellicoſiſsimis videlicet Danis & fortiſsimis Slavis, exagitati, progenitorum atq; nepotum Widikindi Saxonis patrocinio ſeſe tradiderunt, cui etiam maximas aliquoties contra Carolum Magnum tulerunt ſuppetias, teſte Ptolomæo, qui lib. 2. cap. 9. ſupra dorſum Cimbricæ Cherſoneſi Saxones habitare ait: Plurimi etiam, propter varia bellorum pericula crebrasq; gētium exterarum incurſiones, locis maritimis ac incultis hoſtium feritatem effugerunt, donec poſt 50 deniq; annos plurimis & infinitis ferè dominorum ſucceſsionibus (quod idem magnifici & nobiliſsimi D. Henrici Ranzovii Producis R. de Cimbris hiſtoriæ teſtantur) elapſis, ad Schawenburgenſium Comites hę Provincię à Lothario, circa annum Chriſti 1131 donatione pervenerunt. Hinc ab Adolpho II. ope Holſatorum, Obotritis Slavisq; Wagria erepta eſt. Poſt Caroli verò Magni tempora circa A. C. 834. Cimbricæ regiones chriſtianam demum religionem colere cœperunt: quo tempore Ludovicus Caroli filius Epiſcopalem ſedem trans Albim in urbe Hamburgo col-

locavit, quod Carolum patrem priùs decreviſſe, literæ Ludovici, Aquiſgrani eo tempore datę, teſtantur. Unde patet Cimbros ultra 600 annos Chriſtianæ religioni addictos non fuiſſe. Quæ præterea cum Regibus Daniæ, Dithmarſis aliisq; regionibus diverſis bella hi Comites geſſerint, quod nec idem ſemper belli eventus fuerit, paſsim hiſtoriæ de gentibus publicatæ indicant.

Illud tantum de Cimbris reſtare videtur, ut, quicquid ante ſecula aliquot præclarè illi pace atq; armis egerunt, hoc etiam noſtra ætate eorum poſteris Jutis & Holſatis honorificū eſſe exiſtimemus: qui non minus bellica virtute togaq; civili clari exiſtunt.

DE HOLSATIA EIUSQUE deſcriptione & partibus.

CAPUT II.

II. REgio autem, quam poſt majores Cimbros noſtra ætate Holſati incolunt, Cimbrica Cherſoneſus, ſeu Nordalbingia appellata eſt. Hoc nomen inde accepiſſe videtur, quod à reliqua videlicet Germania per Albim fl. verſus Boream ſeparata ſit. Præſentis temporis denominatio non obſcuram originem habet: nihil enim aliud Holſatiæ nomen, quàm nemoroſam coloniam, ſeu inter ſylvas conſtitutam habitationem, denotat. Fertilis enim hæc regio, & inter cęteras, animalium tàm agreſtium, quàm domeſticorum, piſcium, frugum, ſylvarum aliorumq; fructuum proventibus uberrima eſt; ex quibus ingentes quot-

annis

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

annis, præter ea quæ ab incolis ad uſum transferuntur, Principes & Nobiles viri cenſus ſibi conficiunt. Qui eam incolunt, non minus corporis robore atq; viribus, quàm animi generoſitate, quibus à majoribus ſuis Cimbris haud degenerant, eximii ſunt. Præter alias verò virtutes unica hæc ut honeſtiſsima, ita etiã pulcherrima ſemper viſa ipſis fuit, ut, cui promiſsis ſeſe obligâſſent, omnino fidem præſtarent: unde proverbium **Holſtein Glaub**/ apud poſteros eorum noſtra adhuc ętate ſedulò colitur & ſervatur. Initium autem Cimbricæ hujus Cherſoneſi verſus meridionalẽ plagam Billæ fl. curſibus terminatur. In Occidentali parte Albis fl. regionem ambit, quam ob rem Nordalbingi Cimbri ſunt vocati. Trava verò fl. Balthicumq́; mare ad Solis ortum ſeſe extendunt. Verſus Boream deniq; ad Eidaræ amniſq́; Livoldi fluvios terminus regionis excurrit: quæ olim Heroico carmine à nobis deſcripta ſubjicere hic libuit. Livoldt Awe.

Terra jacet magno ſub ſidere Mœnalos Urſæ
Holſata, Dithmariæ fines & Balthica contra
Littora, dives agri denſiſq́; uberrima ſylvis.
Parte aliqua, madidos imbres ubi nunciat Auſter,
Non procul exiguus ſinuoſo gurgite Billa
Labitur, à noſtris curſu qui ſeparat oris
Terras Grambivias: primiq́; cubilia Solis
Reſpicis Albi pater, teq́; in vada ſalſa recondis.
Hinc Trava, velivolis dives Trava puppibus, al-
Aſpicit Auroræ radios: triſteſq́; cavernis (mos

Æolus

Æolus emittit Boreas quà ſpumifer undis
Eidara findit agros, & aprico flumine Stora
Piſcibus indulget. veteres tenuêre Coloni
Nomina, quod ſylvas regio jacet inter opacas.


Omnis verò Holſatia, quæ abolitâ penitus Comitum priſtinâ denominatione titulo Ducatus ab Imp. Friderico III. amicitiæ & meritorum Chriſtiani I. Daniæ Regis ergò, ornata eſt, in quatuor potiſſimum partes dividitur: in Holſatiam ſcilicet propriè dictam, Stormariam, Wagriam & Dithmarſiam: quibus Sleſvigæ Ducatus accedit, quem cum in Feudum à Daniæ Regibus Holſatiæ Principes ſuſcipiant, ſeorſim de eo in ſequentibus agetur.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DE HOLSATIA SINGULari, ejuſq; deſcriptione, ampl. & Inſig.

HOlſatiæ, culto Dithmarſæ gentis ab orbe,
Pinguia Chilonium ſeparat arva fretũ:
Hanrovias Eidræ dum flumine tendit ad arces,
Plana Monaſterii ruraq; ſpectat agri.
Quid tamen in rubro candens Vrtica? vetuſtas
Contulit: inculti ſtirps erat illa ſoli.



Holſatia peculiari quadã denominatione tractus ille Ducatũ habetur, cujus à terminis Chiloniũ uſque longitudo ad 9. miliaria ſeſe extendit. Latitudo autem ab Eidara fl. inter Hanroviũ & caſtrum Halii, ad Monaſterii Oppidum ſeptem ferè miliaribus deſcribitur: albumq; Urticæ folium, rubro in clypeo, à majoribus inſigne obtigit. Adjacent ipſi Inſulæ 3. una in mari Balthico Fimbria vocata, quæ Regis Daniæ feudum eſt: aliæ duæ in Oceano Britannico ſitæ, ſunt Buſena & terra ſancta. Civitates atq; Oppida habet, Wilſtriam, Rendesburgũ, Chilonium & Neomonaſterium: de quibus infra in III. Claſſe fiet mentio.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DE VVAGRIA, EJUSQUE DESCRIptione, ampl. & Inſig.

VVagria taurigeros à noſtris dividit agros,
Oldenburgiaci jactat & arva ſoli.
Illius Eöis Travenæ fertilis undis,
Oceaniq; vago, clauditur ora, ſinu.
Hæc ſed Obotritis olim ſubjecta ſuperbis,
Frontis habet torvi ſigna tremenda bovis.



VVagria, quam ſub poteſtate ſua Slavi quondam detinuêre, ea Ducatuum pars cenſetur, ubi nunc Segeberga eſt ſita, & Lubeca oppidumq; Oldenburgum Travena fl. Oceanoq; ad Solis ortum ambiuntur: huc & alia loca, oris Megapolitanis vicina, referri poſſunt. Ille tractus inter Oppidum Oldeſlohe & pagum Grotenbrodt 12. miliaria longitudine ferè conficit: Latitudine autem ultra 5 vel 6 non progreditur. Quamvis nulla de hac provincia Principes Holſati inſignia uſurpent, caput tamen bubulum, cum Obotritorū olim ſub poteſtate fuerit, ipſi aſſignatur. Continet Civitates & Oppida: Lubecam Imperialem, Lutkenburgū, Oldeſlohe, Plönam, Oldenburgum, Neoſtadium & Segebergam, de quibus infrà.

DE

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DE STORMARIA, EJUSQUE DEſcriptione, ampl. atq; Inſig.

NAvigio celebris croceo Trava Solis in ortu
Stormariam riguo flumine findit humum.
Albis in Occiduis Billenaq; labitur oris,
Svalaq; Storiacæ jungitur amnis aquæ.
Candidus, exili juncto diademate collo,
In mineis Clypei ſedibus extat Olor.



STormariæ longitudo atq; latitudo inter Albim, Billenam, Storam Svalamq; fl. uſq; Travenam fl. ad 7 miliaria deducitur. Cygnum pro inſigni rubro in clypeo habet candidum, cujus aurea collum Corona impedit: idq; ideo quod hæc Provincia tota ferè paluſtris, maximaq; ejus pars, propter aquæ impetum, vallis munita ſit. Civitates & Oppida habet: Hamburgum, Wedelam, Elmehornam, Crempam, Itzehoam & Bramſtedium, de quibus infrà.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DE DITHMARSIA, EJUSQUE deſcriptione atq; Inſig.

EIdara Dithmariam Borealib. alluit undis
Impiger, Heſpericis Oceanuſq́; plagis.
Albis, ubi tepido latè decurrit ab Euro,
Vicinum tumido conſpuit amne latus.
Enſe quid educto Cataphractus? Marte rebelles
Holſatico victos denotat eſſe viros.



DE Dithmarſia peculiariter hoc ſciendum eſt, quod videlicet ejus incolæ, ante noſtra tempora, tam proprio quàm hoſtium damno confidenter ad libertatem aſpiraverint. Quamvis enim per Fridericum Imp. III. Chriſtiano I. Danorum Regi in feudum conceſsi ſint: defuncto tamen ipſo inſolentes debitam ſubjectionem detrectare, & proprii ſui juris, ut antè, eſſe cœperunt: Nec exiguâ cùm Daniæ Regum,

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

gum, Comitum Principumq; Holſatorum, tùm lectiſsimorum etiam nobilium ſtrage, ſervitus aliquoties intentata ipſis eſt, donec à fortiſsimis Chriſtiani I. nepotibus Johanne & Adolpho, atq; pronepote Friderico II. Danorum Rege A. C. 1559. ſub jugum ſervitutis redacti ipſi fuerunt. Subactis verò populis in duas partes æqualiter diviſa regio eſt: quarum altera in meridionali plaga Regibus Daniæ, altera autem borealis Holſatiæ Ducibus, poſt diviſionem ceſſit. Hanc Demerſam potius, cum inter limoſas locorum paluſtrium lacunas ſita valliſq; cincta undiq; ſit, quàm DIthmarſiam appellari convenit. Inter Germanicum Britannicumq; Oceanum cum Holſatia coniungitur: Albi à Meridionali, Oceano ab Occidentali, Eidara verò à Septentrionali plaga eam alluente. Integra eius longitudo 8 ferè milliarium eſt: Latitudo 5 miliaria non excedit. Illuſtriſsimi Holſatiæ Duces armato Cataphracto albo equo inſidente, in ſolo rubro, clypeos ſuos hujus ratione auxerunt. Parochias magnas 21. Inſulamq; Buſenam non procul à freto continet: Oppida habet Meldorpium, Heidam atq; Lundenum, de quibus infrà.

A. C. 1559. Dithmarſi v.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DE DVCATV SLESVICENſi ejuſq; deſcript. & partibus.

CAPUT III.

III. *REgia Sleſviga ſignat Coldinga Ducatum,*
Eidara quem refluis turbidus ambit aquis:
Fertilis Anglorum per teſqua virentia terræ
Livoldts Awe. *Clauditur excellens amne, Livolde, tuo.*
Illius in crocea duplices tellure Leones
Fortia cærulei ſigna coloris erunt.



SIngularem quandam de Sleſvicenſium Ducatu tractationem tradere hîc libuit: idq; ex eo magis, quod Holſatiæ Principes Regibus Daniæ, à quibus in feudum hunc Ducatum ſuſcipiunt, quoties res poſtulat,

40.ido-

40 idoneos inde equites peditesq́; 80 ſuppeditare coguntur. Longitudine autem Sleſvicenſis Ducatus ab Eidara fl. Oppidoq́; Rendesburgo, ad 18 miliaria, verſus Coldingam civitatem ſe extendit. Latitudinem inæqualem habet: quæ tamen incluſis Angia & Friſia minoribus 8 vel 7 & alicubi 6 miliarium eſt. Inſignia ſunt cærulei duo Leones in ſolo luteo. Civitates & Parochias habet plurimas, de quibus infrà.

Sicuti autem in reliquis politiis regnisq́; bene conſtitutis diverſi ſtatus atq; ordines conſtituti ſunt: ita etiam in prędictis noſtris Ducatibus eorumq́; Provinciis duo Status, ſuperior nimirum & inferior, reperiuntur. De quibus in ſequentibus duabus claſsibus ordine, quo decuit, tractationem ſuſcepimus.

CLAS-

CLASSIS II.

QVÆ SVPERIOREM ſtatum ejusq́; ordines continet.

SUPERIOR hic ſtatus in tres ordines diſtribuitur: quorum I. Reges atq; Principes, II. Prælatos, III. verò Nobilium familias continet. Generalis autem horum Ducatuum gubernatio Reginæ Daniæ D. Sophiæ nomine Chriſtiani IV. & Johanni Adolpho Archiepiſcopo Bremẽſi atq; Lubecenſi Pręſuli, nec non Holſ. Duci incumbit, alterniſq; ab uno in alterum vicibus transfertur. Quæ, cum ad Regem devolvitur, R. ipſius M. nomine per Reginam, & Regios Holſatiæ Producem D. Henricum Ranzovium & Conſiliarios, adminiſtratur. In arduis tamen negotiis nihil niſi præcedente omnium in Holſatia ordinum conſenſu decernitur: inter quos primum locum obtinet Epiſcopus Lubecenſis. Quando verò communis eſt deliberatio cum Sleſvicenſis Ducatus ordinibus, Epiſcopus Sleſvicenſis in his principem tenet locum.

Præter eos verò, qui noſtro hoc tempore imperium habent, majorum etiam aliquot in hoc opere fecimus mentionem: quibus breviſsima sereniſsimorum Daniæ Regum, à Comitibus Oldenburgi Holſatiæq; principibus originem trahentium, Genealogia inſerta eſt.

PRIMVS ORDO DE REGIbus Daniæ & Holſatiæ Principibus.

INSI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CLASSIS I.

INSIGNIA REGUM DANIÆ



D IN

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

IN POTENTISSIMI DANIÆ REGIS CHRISTIANI IIII. Inſignia.

GRrandia Chriſtiani ſunt hæc Inſignia Quarti,
Quo nihil eximius Danicus orbis habet:
Nam placidis virtus Regem velut ardua pennis,
Famaq; ſemideos collocat inter avos.
Et genus ex alto Cimbrorum ſanguine ducit,
Qui penetrant factis ſolis utranq; domum.

DANIÆ REG. INSIG.

Danidos illuſtris ternorum ſceptra Leonum
In croceo jactant cærula colla ſolo

NORWEGIÆ REG. INSIG.

Ditio Norvegiæ Leo regna Bipenniſer oræ
Indicat, in roſea bellaq; tractat humo.

GOTHORUM REG. INSIG.

Corda novem propero qui tranſilit inclita ſaltu,
Gothorum prodit ſigna vetuſta, Leo.

SLAVORUM REG INSIG.

Terribilis Slavos pernicibus extulit alis,
Et loca propugnat ſanguinolenta, Draco.

Trium

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

TRIUM REGNORUM UNIO.

Florentemq; trium Regnorum fulgida glaucis
In clypeis unit terna Corona ſtatum.

GODTL. ATQUE ISLAN. INSIG.

Piſcibus Iſlandi gaudent: Godtlandia ſum̄e,
Parta refert Agno, Chriſte, trophæa, tuo.

SLESVIGÆ DUCATUS INSIG.

Exhibet in clypeo geminus flavente Ducatus
Fortia Sleſvigæ cærulus arma Leo.

HOLSAT. ET STORM. INSIG.

Holſatiam mineos candens Vrtica per agros,
Stormariæ Cygnum fulva Corona, decet.

DITHMARSIÆ INSIG.

Dithmarſa Cataphractus eques de gente trium-
Portat, et invictas inſtruit enſe manus. (phũ

OLDENB. ET DELM. COMITUM INSIG

Celſa Trabes gemini pingit Delmhorſta coloris:
Oldenburgiacam Crux vehit alba domum.

ORDINIS DANICI INSIG.

Turrigeri celebres ornant Elephantis honores,
Fama volans quorum tollitur æqua polo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

REGES DANIÆ.

CHRISTOPHORUS BAVARUS.

CHriſtophorus Bavaræ non infima gloria gentis
Illuſtri cepit Danica ſceptra manu,
Tempore magnanimum quo Dania flevit Ericum,
Vltima qui Danaæ ſtirpis origo fuit.
Livoldts Awe. *Hic â Coldinga Livoldæ gentis ad amnem*
Imperii Cimbris arva regenda dedit:
Sceptraq́; conſenſu Procerum commiſit Adolpho,
Cui pater Holſatâ ſtirpe Gerhardus erat.
Ille ſed extremâ ſenii tunc mole gravatus,
Non ratus eſt humeris par onus eſſe ſuis.

CHRISTIANVS I.

Daniæ, Sueciæ ac Norvvegiæ Rex. &c. qui ex Comitum Oldenburgenſium familia ortus, obiit A. C. 1481.

OLDEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

OLDEN BURGÆ
Comitum hæc ſunt
Inſi gnia.



CHriſtianusq́; fuit regni moderatus habenas,
Oldenburgiacæ quem dedit aula domus.
Hic Antenoreæ per teſqua virentia terræ
Auſtriacæ petiit celſa theatra domus:

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Atq; Ducum Cimbris peperit nomenq; decusq;,
Gratus ut invicti Cæſaris hoſpes erat.
Dithmarſumq; ſuis adjecit finibus orbem,
Facta nec eſt ulla cæde cruenta manus.
Sleiades vos hæc memores ſervate Camœnæ,
Veſtra per hunc majus gloria nomen habet.

IOHANNES

Daniæ, Sueciæ & Norvvegiæ Rex, &c.
Hic A. C. 1513. mortuus eſt.

VLtima Joannes magni poſt fata parentis,
Regia ſublimi jura decore dedit.
Sævaq; finitimis dum prælia geßit in oris,
Parrhaſios denſo milite cinxit agros:
Sedibus & Suecum Regem dejecit avitis,
Invictaq; tulit Sceptra gemella manu.
Perdidit acceptum fuſo ſed milite regnum,
Fortia Dithmarſis movit ut arma viris.
Nam prius exutas collegit Suecia vires,
Et tulit excuſſo libera colla jugo.

CHRI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CHRISTIANVS II.

Daniæ, Norvvegiæ, Vandalorum Gothorumque Rex, etc. qui, à Friderico I. regno ejectus, [redacted] in cuſtodia vitam finivit.

NObile Chriſtianus cepit diadema Secundus,
Vltus & eſt rigido Martis amore patrem:
Suecia nam rurſus victrix, certamine pugnæ,
Indomitos hujus concidit ante pedes.
Ille ſed & patrii turbavit viſcera regni,
Cauſſaq; rixoſæ ſeditionis erat:
Poſt eubios vitæ caſus belliq; labores,
Militiæ ſenſit vincula dura ſuæ.
Injuſtis talis ſolet exitus eſſe Tyrannis,
Diſsidiis quorum diruta regna cadunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DE HOLSATIA

FRIDERICVS I.

Daniæ, Norvvegiæ, Vandalorum Gothorumq; Rex, etc. Hic à Daniæ Procerib. ex Holſatia in Regem electus Chriſtianum II. Sunderb. in cuſtodia detinuit, & A.C. 1533. April. 3. mortuus eſt: cum annos 10 præfuiſſet regno, ac 58 vixiſſet.

PRimus ab hoc tanti Fridericus nominis hæres,
Imperii meruit vindice Sceptra manu.
Sævaq; cum vario flagrarent bella tumultu,
Et ſine pacifico Dania Rege foret,
Hic, ut diſsidium ſedaret fortibus armis,
Vnanimi Procerum nomine juſſus erat.
Duraq; collatis tentavit prælia ſignis,
Fregit & hoſtiles ſedulus ultor opes.
Bis tamen Arctoos implevit cædibus agros,
Tergaq; cornipedi bis dedit hoſtis equo:
Exiguo donec motas in carcere rixas,
Tempora dum vitæ fata dedêre, luit.
Poſtea, compoſitis Friderici robore turbis,
Dania communi pace quieta fuit.
Ac ita tranquillæ Fridericus mole ſenectæ
Occidit, in patria contumulatus humo.

CHR

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CHRISTIANUS III.

Daniæ, Norvvegiæ, Vandalorum Gothorumq; Rex, etc. qui A. C. 1559. Calendis Januariis ex vita diſceſsit.

Tertius illuſtris Cimbrorum gloria gentis
Chriſtianus viguit Marte togaq; ſimul.
Sed magis ingenuas ad pacis idoneus artes,
Aſpera quàm duri Martis ad arma fuit.
Aſſeruitq; ſacri divina volumina verbi,
Et voluit Danâ Biblia voce legi.
Quæq; prius fœda Muſæ ſub nocte jacebant,
Culta ſub hoc gelidis Hafnia vidit agros.
Nunc igitur Regem Vatum labor eximit ævo,
Inter honoratos famaq; tollit avos.

FRIDERICVS II.

Daniæ, Norvvegiæ, Vandalorum Gothorumq; Rex, etc. qui A. C. 1587. cum 29. annos maxima cum laude regno præfuiſſet, obiit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]



Jamq;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

IAmq́; tulit regni FRIDERicus ſceptra Secun-
Quo nihil eximius Dania Rege dedit. (dus,
Palladis hic habuit ſummis in honoribus artes,
Contulit & doctis munera larga viris.
Indigenasq́; bonis fundavit legibus Vrbes,
Et coluit ſtabili dogmata pura fide.
Hinc validi Regem decorabant Martis honores,
Seu res ingenio ſive ſit acta manu.
Dithmarſasq́; acri vicit certamine gentes,
Eſtq́; ſuos rigidis cædibus ultus avos.
Et quæ Stormaricæ non ſubmisêre cohortes,
Contudit invicto fortia colla jugo,
Signaq́; finitimos ultricia duxit in hoſtes,
Et latè Suecas eſt populatus opes.
Fallor? adhuc udi reſonant an Manibus agri?
Et vada ſanguineo Balthica rore madent?

CHRISTIANUS IIII.

Daniæ, Norvvegiæ, Vandalorum Gothorumq́ue Rex, &c. qui A. C. 1589. Rex confirmatus in hodiernum uſq; diem imperio Danico præeſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CHriſtiano regni nunc eſt conceſſa poteſtas,
Dania quem quartū nominis hujus habet.
Traditus hic doctas puer erudiendus in artes
Aönidum miro captus amore fuit.
Inde tot illuſtres regnant in pectore dotes,
Viſaq; jam geminos tangere facta polos.
Felix Manalcæ celſo ſub ſidere terra
Dania, ſubſidiis inclyta facta novis!
Ille dabit pulcras regnare per Oppida leges,
Iuſticiæ monſtrans, ceu pater ipſe, decus.
Oſtendetq; viam, recto quæ tramite planum
Ad ſacra virtutum limina ducit iter.
Salve Rex ingens patrii ſucceſſor honoris,
Et data felici dirige ſceptra manu.
Cumq; bonis artes ſtudiis cole ſemper honeſtas,
Non pietas animo decidit alma tuo.
Nec tua divini clementia pectoris auſis
Fortibus urbanæ præferat arma togæ.
Legibus audaces cogas ultricibus, æquo
Inſontes mitis protege jure viros.
His tua ſi laudes virtus æquabit avitas,
(Ingenii ſpondent quod monumenta tui)
Donec honoratos extollet Dania Reges,
Sidera continges vertice celſa tuo.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

INSIGNIA PRINCIPUM HOLSATIÆ.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

IN ILLUSTRISS. JOANNIS ADOLPHI INSIG.

MOs fuit antiquis, quorum teſtata labore
Martis erat virtus, munere ſive togæ,
Illorum validis ſignarent acta figuris,
Nomina ſeu geſtis talibus apta darent.
Cognita longævis ut facta nepotibus eſſent,
Fama nec emeritum perderet ulla decus:
Hæc igitur meritò tibi contulit arma vetuſtas,
Gloria Joannes ſtirpis Adolphe tuæ.

NORWEGIÆ INSIG.

Inclita Norvvegiæ veteres inſignia gentes,
Vaſta bipenniferi terga Leonis, habent

DUCUM SLESV. INSIG.

Cærulei crocea duplices in parte Leones
Sleſvigæ decorant fortia ſigna plagæ.

HOLSATIÆ INSIG.

Vrticæ folium plantæ geniale virentis,
Extulit Holſati ditia regna ſoli.

STORM. INSIG.

Stormariæ niveus cultas Olor indicat oras,
Illius in collo fulva Corona micat.

DITH-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DITHMARS. INSIG.

Dithmarſæ victas pugnæ certamine gentes,
Enſifer inditio ſit Cataphractus Eques.

OLDENB. COM. INSIG.

Oldenburgiacæ Crux candida ſtirpis acerbæ
Immemores Chriſti nos vetat eſſe crucis.

DELMH. COM. INSIG.

Picta Trabum facies gemino diſtincta colore,
Delmhorſtæ Comitum Stemmata priſca notat.

PRINCIPES ALIQUOT Holſatiæ.

ADOLPHUS

Hæres Norvvegiæ, Dux Sleſvigæ, Holſatiæ, Stormariæ & Dithmarſiæ, FRIDERici I. Daniæ Regis filius: qui Gottorpiæ A. C. 1586. Octob. 1. cum annos 60. & menſes ferè 8 vixiſſet, placidè exſpiravit.

DUm patris eximias flectebat Adolphus habenas,
Non fuit Holſato, qui tulit, orbe minor.
Cujus in hoſtiles virtus animoſa cohortes
Cognita non ſemel eſt Carole Quincte tibi:

Nam

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Nam tulit ingentem ſub te ductoris honorem,
Militiæ diſcens jura ſevera tuæ.
Cæſareasq; Metis turmas ad mœnia duxit,
Regis ubi Galli milite cinxit agros.
Ilicis hinc primam cepit de fronde coronam,
Et meruit ſummo præmia digna Duce:
Qui populos magni de ſtirpe Tuiſtonis ortos
Auſpicio tutos, Marte furente, daret.
Hinc fera magnanimo pro Cæſare bella gerentis
Invictas ſenſit diruta Gotha manus.
Cantaber hunc validis etiam miratus in armis
Aſpera militiæ tradidit arma ſuæ:
Vt, quoties rigidi ferrent ita fulmina Martis,
Protegat Heſpericas nomine Regis opes.
Quas ibi non laudes? quos non eſt nactus honores?
Ne loquar heroa parta tributa manu.
Sic ubi per belli varias exercitus artes
Ad patrios ſeſe contulit inde lares:
Dithmarſam valido devicit robore gentem,
Eſtq; ſuos auſis fortibus ultus avos.
Non tamen hæc facili ceſsit victoria Marte,
Gens neq; plebeo victa cruore fuit:
Ipſe ſed extremo Dux in certamine pugnæ
Infeſtum rigido vulnus ab hoſte tulit:

Donec

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Donec in adverſo clarus ſtetit agmine victor,
Preßit & Holſato fortia colla jugo.
Teſtis adhuc ingens niveis micat oſſibus ora,
Arvaq; profuſo ſanguine ſparſa madent.
Nec minus excellens ad publica commoda pacis,
Quàm celer ad duri prælia Martis erat.
Aſſeruit puri non ficta volumina verbi,
Atq; pii meruit nomen habere Ducis.
Promovitq; bonas, juvenis quas noverat, artes,
Inq; Scholis ſummo juſsit honore coli.
Ultima jam vitæ poſt fata graveſq; labores
Incolit æthereas mens generoſa plagas.
Hèroum virides Muſæ date præmia Lauros,
Dicite: Dux cineri ſint ea dona tuo.

FRIDERICUS

Hæres Norvvegiæ, Dux Sleivigæ, Holſatiæ Storm. & Dithmarſiæ deſignatus, Adolphi filius: qui A. C. 1587. die 15. Junii mortuus eſt, cum vix annum ~~regno~~ præfuiſſet, & 19. vixiſſet. + Ducatibus

INclitus hinc populo Fridericus amabilis omni
Nobile, pro bello, pacis amabat opus:
Namq; per ingenuas ſtudiis ingenitibus artes
Duxerat, eximio laudis amore, caput.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Dive, Palatini qui Principis alluis oras
Arvaq́ʒ ſpumoſo dividis amne, Nicer:
Tu placidos doctis formabas moribus artus,
Phocidos eq́ʒ tuis fontibus hauſit aquas.
Inde tot eximiæ culto ſub pectore dotes
Principis, ignorat quas rude vulgus, erant.
Cœleſtis ſiquidem verbi flagrabat amore,
Nec ſacris voluit legibus eſſe prius.
Quodq́ʒ parens lucis Sol eſt venerabilis orbi,
Dum licuit, populis hoc erat ille ſuis.
Fortunata nimis, præſtantibus inclita factis,
Cimbria dum gremio fovit amica Ducem.
Noſtra ſed alternis includi gaudia metis
Pertulit, arbitrio qui regit iſta, DEUS,
Fataq́ʒ mox patriis (vix ah vix vidimus) oris
Invida, quem dederant, eripuêre Ducem:
Illa tamen rigidæ mortis ſolatia reſtant,
Nullo quod poterit tempora fama mori.
Nunc quoq́ʒ Pierides ſolenni carmine Muſæ
Illius æterna nomina laude vehunt.

PHILIPPVS

Hæres Norvvegiæ, Dux Sleſ. Holſ. Storm. & Dithmarſiæ deſignatus, ejuſdem Adolphi fil. qui A. C. 1590. 18. Octob. obiit.

Tri-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

TRiſtia ſublati poſt ultima funera fratris,
Proximus ad patriæ Sceptra Philippus erat.
Ille bonas etiam miratus Palladis artes
Eximii voluit nomen habere Ducis.
Tempore nam patrias à quo ſuſcepit habenas,
Magna fuit virtus, gloria magna Ducis.
Atq; ſuos miti populos in pace regebat,
Et coluit pura dogmata ſacra fide.
Cumq; bonos placidis ſemper defenderet alis,
Strenuus illiciti criminis ultor erat:
Juſſit & ingenuas regnare per Oppida leges,
Virtutis monſtrant quæ melioris iter.
Quid tamen iſta juvant? quid non virtutis egentē
Eſſe? quid in terris vix habuiſſe parem?
Bis geminis unus luſtris erat additus annus,
Lucis & orbavit munere Parca Ducem.
Ordo nec illuſtris, nec profuit inclita virtus:
Tam citò Cimbriacæ gloria ſtirpis ubi es?
Sed brevis ætatis juſto flos occidit ævo,
Grandia ſi libeat facta referre Ducis:
Nam virtute ſenem primis maturior annis
Gloria magnanimos ſuſtulit inter avos. „
Sic rutilis pereunt flammis incendia, quodq; „
Incipit eſſe citò, deſinit eſſe citò.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DE HOLSATIA

IOHANNES
ADOLPHUS

Hæres Norvvegiæ, Archiepiſcopus Bremenſis, Dux Sleſvic. Holſatiæ, Storm. atque Ditmarſiæ, A.C. 1592. deſignatus hodierno die ~~regno~~ ducatibus præeſt.

IOannes patriæ virtutis amator Adolphus
Pro clypeis niveæ commoda pacis amat.
Hic puer Aoniis etiam nutritus in hortis,
Accepit ſtudiis præmia digna ſuis:
Nam mirata Ducis ſummos Bremenſis honores,
Illius optavit legibus, aula, regi.
Ornavitq́; ſacræ fulvo diademate mitræ,
Imperiiq́; ſui Sceptra regenda dedit:
Hinc quoq́;, nulla Duces unquam quibus extulit ætas,
Ingenii cœpit ſpargere dona ſui,
Acer & unigenæ propugnat ovilia Chriſti,
Poßit ut eximii Præſulis eſſe decus.
Dumq́; per accepti commiſſa negotia regni
Impoſito durum munere tollit onus:
Per varias Princeps curas, variosq́; labores
Culta Meduſæis fontibus ora rigat.

Aſpera

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

(Aſpera nam doctas molleſcunt corda per artes, »
Nec rigidis Clio moribus eſſe ſinit.) »
Laudibus ergò quibus juveniles voverit annos
Imperio, tacitæ nil ea noctis habent.
Vltima jam fratris tandem poſt fata Philippi
Vberior meritis contigit auctus honor:
Ardua nam patriæ ſucceſsit cura regendæ,
Altaq; Cimbriacæ ſunt data Sceptra domus.
Dii placido firment eventus omine: fratrem
Vnde toga, factis fortibus æquet avos.

SECVNDVS SVPERIORIS Status Ordo de Prælatis.

HIC Ordo 2 Epiſcopatus continet: Lubecenſem & Sleſvicenſem, Hamburgenſis enim Bremenſi ſubjectus eſt. II.


Capitula habent 5. Lubecenſe, Hamburgenſe, Sleſvicenſe, Haderſlebienſe & Oitinenſe.

Abbatię in hoc ordine ſunt 7 Reinfeldenſis, Bordesholmienſis, Segebergenſis, Arnsböcenſis, Ciſmarienſis, Lumenſis & Ruenſis.

Monaſteria item continet 15. inter quæ 5. Itzehoenſe, Pretzenſe, Vterſſenſe, Sleſvicenſe & Reinbeccenſe, noſtro adhuc tempore Nympharum Veſtalium choris magno redituum proventu celebres ſunt: cæterorum fere uſus ſcholis & Xenodochiis impenſus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

EPISCOPATVS LVBECENSIS, EIVSq́; INSIGNIA



PArva Cathedrali Crux in diademate pingit
Signa Lubecenſis Præſulis alta domus.
Bella gerenda monent Ancilia juncta Bacillo
Aræ pro ſolo munere, proq́; focis.
Quid Crux in clypeo? paßi ſacra vulnera Chriſti
Sordibus effuſo pectora rore lavant.

EPISCOPATVS SLESVIC. EIVSQVE INSIG

NObilis eximii Sleſvigæ Præſulis arma
Sunt ſacra cum ſigno Mitra biſulca Crucis.
Joniusq́; ſuum pennis decus addidit ales:
Egregiiq́; ſignum Præſulis eſtq́; Pedum.
Altera divini Clavis pro munere verbi
Obſerat ad ſuperos, altera pandit iter.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

TERTIVS SVPERIORIS STATVS Ordo De Nobilibus, eorumq; Familiis atq; Inſignibus

NObiles arces & prædia ſua in his Ducatibus III. pleno jure ac dominio, quemadmodũ Comites in reliquaGermania, cum venationib. aucupiis atq; piſcationibus liberè poſsidẽt. Etſi verò nonnulla illorũ prędia, utriuſq; generis feuda cenſeantur: maxima tamẽ ex parte allodiala & hęreditaria ſunt, & ne exactionibus novis aut vectigalibus à Principibus illi graventur, Holſatorum privilegiis atq; conceſsionibus cautum eſt. Quæ Principes, priuſquam à ſubditis fidelitatis juramentum præſtatur, & ipſi ad gubernationem perveniunt, juramento confirmare tenentur. Liberam enim horum Ducatuum Status, ex Regum Principumvé filiis quem velint, eligendi habent poteſtatem. Quod privilegium ſpeciali quondam Chriſtiani I. beneficio promulgatum ipſis eſt, cum in Ducem hic aſſumptus à poſteris confirmaretur: neq; ulla Principes, abſq; conſilio & conſenſu Ordinum, bella ſuſcipiũt. Nobilium lites judicio quodã (quod bis quotannis peragi debet) à Senatu Ducatuũ dijudicantur, præſidentibus plerumq; per vices Principibus, ex privilegio Provincialib. indulto: à quib. tamen, præſtito malitiæ juramento, ad Cameram Imperialem cauſſæ illorum devolvuntur. Sunt autem nobilium tàm Holſatiæ quàm Sleſ. Ducatus familię 51. quorum in III hujus Status ordine mentionem fecimus: rebus eorum geſtis per ſingulas familias, quantum id fieri potuit, juſta annorũ ſeriè obſervatis & ſeorſum adjectis, quib. illi vel pace vel armis, & noſtra & majorum ætate celebres fuerunt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]


IN EFFIGIEM MAGNIFICI ET NO-
biliſs viri D. HENRici Ranzovii Prod. R.
RANTZOW.
RATLOW.
BOCKWOLDT
HUMMEL.
WALSTORP
SWAVE
RANTZOW
SESTEDE
RANTZOW VANHALLE.
Hæc ſunt Ranzovii facies, & corporis artus,
Inclita Groitzaa quem dedit aula domus.
Alta viro mentem Tritonia, Cynthius artem
Contulit: uberius nobilitate decus.
A. C. 1592
A ÆT. 67

FAMILIA RANZOVIANA, EJUSQUE INSIGNIA.

VIſnicæ claro quondã de ſanguine gentis, Comes
Ranzoviis primæ fluxit origo domus; Vviper-
Bis geminos quorum centenos fama per ius II.
Marte fero Cimbris claraq́; pace fuit: (annos A.C.1124
Eſt mineus clypei Martis color, indicat artem obiit.
Candidus: hinc ingens Martis & artis ho- Ranzo-
(nor. viana fa milia A.C.1200 Clara.



ILluſtres ac vetuſtas Holſatorum equitum familias inter reliquos nobilium ordines celeberrimos ſemper extitiſſe, nulli incognitum eſſe debet: Unde etiam majora libertatis privilegia ad poſteros propagata

ipſis ſunt. Harum ſupra omnes claruit, quæ prima generoſis Ranzoviorum nobilibus incunabula præbuit. Ejus memoria & res geſtæ non operis hujus ſed voluminis integri eſſent, ſi dignitate, quam merentur, tractari deberent. Anno ſiquidem ab hinc plus quàm quadringenteſimo celebrem hanc Ranzoviorum familiam in Holſatiæ oris fuiſſe, ex clariſsimi Petri Albini Electoris Chriſtiani Hiſtoriographi ſcriptis conſentaneum eſt. Albinus enim à Wiperto II. Comite Groitzēſi, nec non Marchione Luſatiæ hanc Ranzoviorum familiam deductam eſſe affirmat. Cujus majores ex Cimbrica Cherſoneſo orti ſunt: & in medio relinquitur, an nomen Ranzoviorum, an verò Liſnicenſium priùs extiterit, cum conſtet Liſnicenſes ex Cimbria prodiiſſe, & jure Poſtliminii veteres ſedes recuperâſſe. Obiit ille Wipertus II. A.C. 1124. juſtoq; temporis intervallo Ottonem quendam Burggravium Liſnicenſem ſucceſſorem reliquit. Hic vixit A. C. 1186. Præfectusq; belli, quod in Tranſalbinis regionibus gerebatur, conſtitutus, generoſiſsimam hanc Ranzoviorum familiam arcis cujuſdam Ranzoviæ, quæ noſtro adhuc tempore à magnifico & nobiliſsimo D. Henrico Ranzovio poſsidetur, nomine inſtauravit. Ex generoſa autem Comitum Liſnicenſium Proſapia nobiles Ranzovios originem habere, ex eo certiſsimum eſſe poterit, quod videlicet diverſis temporibus apud Rudolphum I. Imp. intercedentes, de certis quibuſdam diſsidiis deciderunt. Clariſsimam verò noſtrâ majorumq; memoriâ hanc familiam ſemper fuiſſe, ex privilegiis Holſaticis evidens eſt, ubi Principum, Comitum atq; Epiſcopatuum armis Ranzoviorum inſignia proximè adjuncta

Ranzovii ante annos 400. extiterunt.

Otto Burgrav. Liſnic. A. C 1186. vixit.

A. videlicet C. 1283. & 1362.

jun-

junčta ſunt. Urbs etiam Sleſvicenſis, cujus primarium templum Deo vero Ericus Rex Daniæ A. C. 848. dicavit, ſuis inſignibus turritæ nimirum arci, Stellæ atq; Semilunulæ Ranzoviorum Inſignia adjunxit. Unde non obſcurè conjicitur, ſolum Sleſvicenſe vel olim ad Ranzovios ſpectâſſe, vel eorundem auſpiciis atq; interceſsionibus, privilegiis civilibus eſſe donatum. Quod diverſæ præterea hiſtoriæ, juſta annorum ſerie de Ranzovica familia hîc annotatæ, documento eſſe poſſunt.

A. C. 1203.

Idus Novembris Abelus Rex Danorum, Slavorum & Dux Jutiæ dedit privilegium Hamburgenſibus, de navalibus (ut dicunt) Paſsis: teſtis inter reliquos Epiſcopos & Comites Holſ. fuit Marquardus de Ranzow.

A. C. 1236.

Plönenſibus Lubecenſe jus ab Adolpho IIII. Sahawenburgenſi conceſſum eſt, quod duo ejuſdem familiæ ſigillis atq; autographis ſuis muniverunt.

A. C. 1305.

Breitardus Ranzovius fuit aulicus Henrici Brunſvicenſis Ducis, quem mirabilem nominârunt, & 27 Januarii cum Duce & 42 aliis nobilibus Embecam venit, ibidemq; haſtiludio, quod ejus loci in prato Ticer anger dicto celebrabatur, tribus continuis diebus adfuit.

A. C. 1322.

Nicolaus Ranzovius tractationi cum Lubecenſibus interfuit.

A. C. 1334.

Bruno Ranzovius Woldemari Ducis Jutlandiæ Conſiliarius Chiloniæ ſepultus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

A. C. 1335.

Cum nonnulli ex hac familia Hamburgi propoſteris Canonicatum erexiſſent, ſummus Pontifex R. Innocentius VII. hanc fundationem confirmavit. Sicut etiam multi eo tempore varia beneficia Eccleſiaſtica in Oppidis Holſatiæ paſsim inſtituerunt, & Coloniæ etiam adhuc noſtra ætate Conſtantini de Ranzov, à Collegio, nobilium virginum in Capitolio memoria celebratur, qui eodem hoc anno ex vita diſceſſit.

A. C. 1339.

D. D. Dethlevus & Sturo Ranzovii literis tranſactionum inter Regem Daniæ Woldemarum & Gerhardum Holſatiæ ac Schawenb. Comitem, teſtes adfuerunt.

A. C. 1340.

Vixit Strimo Ranzovius, cujus fit mentio in literis, quæ in Archivo Suabſtadenſi Epiſcoporũ Sleſ. continentur.

A. C. 1347.

Hartvicus Ranzovius teſtis fuit in privilegio Johannis Holſ. Comitis, monaſterio Reinfeldenſi conceſſo.

A.C. 1362.

Heino Ranz. literas quaſdam Capituli Lubecenſis obſignavit.

A. C. 1372.

Nomine Ottonis Ducis Brunſvicenſis Breitardus ſive Breido Ranz. alterius Breitardi filius ſive nepos, arcem Hertzbergam, quæ nunc ſub ditione nobilium de Dornberg eſt, maſculè contra Heſſos defendit, & tandem Hardeſiæ ſepultus, ibidem beneficium Eccleſiaſticum fundavit. Godt-

A. C. 1373.

Godtſchalcus Ranz. permutationem fecit cum Epiſcopo Lubecenſi Bartramo Cremone, cui Curiam ſuam Lubecæ ſitam, pagumq; Elerſtorp & Grammendorp conceſsit, ac in locum eorum arcem & pagos Ratmenſtorp, Merenſehe & Brende recepit: ut literæ permutationis in Archivis Epiſcoporum Lubecenſium teſtantur.

A. C. 1390.

D. Breido Ranz. Eques aurat. cujus poſteri Neverſtorpum & Hohenfeld poſsident, diviſionem Comitum Holſatiæ, Storm. & Schawenb. cum 11 equitibus, inter quos ille primum locum habuit, aliisque nobilibus ſigillo Chiloniæ confirmavit.

Item tranſactio, qua de mutua ſucceſsione invicem paciſcuntur, inter omnes Holſatiæ, Stormariæ & Schawenb. Comites, nempe Gerhardum Ducem Sleſvicenſem, Nicolaum, Albertum & Henricum ex una: & Ottonem, Bernhardum Præpoſitum Hamburgenſem, Adolphum & Guilhelmum ex altera parte facta eſt. Teſtes ex hac familia adfuerunt D. Breido Ranz. Eques aur. Schacko & Henricus Ranzovii.

A. C. 1397.

Cajus Ranz. Dominus in Krummendick diviſionem ordinavit inter Comites Holſ. & Storm. quæ ſcripto comprehenſa in Archivis Gottorpienſib. relicta eſt.

Item Albertus & Henricus fratres diviſerunt cum Gerhardo Duce Sleſ. Comitatum Holſ. & Stormariæ, Inſulam item Fimbrienſem in 3 æquales partes. Interfuerunt ex hac familia & obſignârunt D. Schacko de Ranzow Eq. aur. Goſchius Ranz.

A.C. 1599.

Godtſchalcus Ranz. confirmationi privilegiorum Monaſterii Reinfeldenſis, factę à Gerhardo Duce Sleſvicenſi, cujus Senator erat, teſtis interfuit.

A.C. 1404.

Holſati Martis iniquitate à Dithmarſis ſuperati, validiſsimam munitionem Delffbrug ſanguine ſuorū partam, ipſis reſtituerunt, ut Ranzovium & Pogviſcum captivos redimerent.

A. C. 1402.

Literas diviſionum, inter Henricum Epiſcopum Oſnabruggenſem, Comitem Holſ. Storm. & Schaw. ex una: & Eliſabetham Principem Holſat. & Sleſv. natam Brunſvicenſem ex altera parte, obſignavit ex hac familia Dom. Godtfridus Ranz. Eques aur.

A.C. 1413.

Chriſtiernus Ranz. quibuſdam Holmienſis Monaſterii literis teſtis adfuit.

A. C. 1416.

Inſulam Fimbriam Schacko Ranz. ſummus belli Dux expugnavit.

A.C. 1420.

Wolffhardus Ranz. Canonicus Lubecenſis & Adminiſtrator Eccleſiæ S. Petri fuit, ut ex literis in Archivo Capituli Lubecenſis contentis cognitum evadit.

A. C. 1423.

Compromiſerunt Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſvicenſes, & Comites Holſ. atq; Schaw. in Sigiſmundum Imp. Romanum: & Erico Regi Daniæ, Sueciæ Norwegiæq;, & Duci Pomeraniæ &c. fidem dederunt, ſe ſententiæ Cæſaris non

refra-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

refragaturos. Fidejuſſores inter reliquos Epiſcopos & Duces interceſſerunt Ranzovii: Breidekinus, Hartvicus & Woldemarus.

Item Epiſcopus Johannes Sleſvicenſis cum Epiſcopis Danis Ripenſi, Arhuſienſi, Wiburgenſi, & Senatoribus atq; nobilitate Danica & Jutlandica ſuã teſtati ſunt per literas ſcientiam de terra Suder Judtlandia. Inter conſiliarios Regios nominatur D. Johannes Ranz. Eqeus aur.

A. C. 1435.

Struvo & Hartvicus Ranzovii Domini in Curen vixerunt.

A. C. 1439.

Albertus II. Imperator ordinis ſui Inſignia, Draconem nimirum & Crucem, Adolpho ultimo Sleſvici Duci atq; D. Schackoni Ranzovio, beneficiorum & amoris ergò; contulit.

A.C. 1446.

Eggardus Ranz. Regius Danicus Pręfectus Gorgenſis fuit.

A. C. 1455.

Literas inveſtituræ Ducatus Sleſvicenſis à Chriſtierno I. tributas Adolpho Comiti Holſatiæ, Storm. ac Schaw. ſuo avunculo, Epiſcopi & Senatores regni obſignârunt: inter hos D. Johannes Ranz. Eq. aur.

A.C. 1459.

Bartholdus Ranz. Caji nepos, Præpoſitus Hadelerienſis Canonicuſq; Bremenſis obiit

A.C. 1469.

Ex familia Ranzovia 25 literis confœderationis, quam nobiles Holſati contra civitates injêrunt, ſubſcripſêre.

Item

Item Nicolaus Ranz. Schackonis filius Pretzenſi Cœnobio munere militari, præter cætera dona, 28 equos obtulit.

A. C. 1470.

Segebergæ aliud ſolenne fœdus, quod confœderationem ſuperius ictam infringeret, à Rege Daniæ, Civitatibus Lubeca & Hamburgo, ac primoribus harum regionum, factum eſt: quod 18. ex hac familia Ranzovia ſubſcripſerunt. Harum confœderationum integrũ ſcopum ad calcem operis ſubjunximus: unde etiam, qui ex reliquis familiis ſubſcripſerunt, colligi poteſt.

A.C. 1490.

In literis, quæ diviſionem hæreditariarum ditionum, Ducatuum nempe Sleſvicenſis, Holſatiæ, Stormariæ, inter Regem Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ Johannem: & Fridericum hæredem Norwegiæ, Ducem Sleſvicenſem & Holſ. &c. complectuntur, teſtes ſunt Ranzovii: Hinricus Breidonis filius, D. Johannes Eq. aur. Hinrici filius & Ovenus.

A. C. 1497.

Hinricus Ranz. Caii nepos, quondam hæres bonorum feudalium in Itzeho & Præpoſitus Hamburgenſium, in acre Steinburga obiit.

A.C. 1500.

Cum Johannes Rex Daniæ Dithmarſiam bello oppugnaret, 4 Ranzovii, Joachimus Dominus in Aſcheberg, Otto Dominus in Raſtorff, Breido Dominus in Krummendick & Henricus fortiter pugnantes occubuerunt.

A. C. 1504.

Dethlevus Ranz. Hinrici filius egregiè in Latina &

na & Italica lingua edoctus, Romæ ad reliquas digni-
tates Eccleſiaſticas contendens, ex vita diſceſsit.

A. C. 1511.

D. Otto Ranz. Eques aur. D. Schackonis nepos obiit Chiloniæ, inq; Ranzoviorum delubro ſepultus eſt. Hic Regis Daniæ Johannis Senator fuit, arceſq; Knop & Bulke hæreditario quondam jure tenuit.

A. C. 1521.

Paulus Ranz. Caji filius Regis Daniæ Friderici I. aulæ Præfectus obiit.

A. C. 1526.

D. HENRICUS RANZovius D. Johannis Equitis aur. filius, Dominus in Bredenburg, Ranzovisholm, Wandesburg, Tuſchebeca, Nutzkow, Melbeck, Redingſtorff, Gronow, Wellingsbuttel & Ranzow, lucis uſurâ primùm uti cœpit. Hic Regum Daniæ CHRISTiani III. FRIDERici II. & CHRISTIANI IIII. in Ducatibus Sleſvici, Holſatiæ & Dithmarſiæ Vicarius, Conſiliarius & Segebergæ Præfecturæ per 39 annorum ſpatium Adminiſtrator fuit. Loquitur ac ſcribit Latino ſermone expeditè & eleganter, Gallicæ quoq; linguæ non ignarus. Expeditioni Dithmarſiæ interfuit: quam ſubjugatam inter Reges Daniæ Holſatiæq; Principes diviſit. Donatus eſt etiam à FRIDERICO II Daniæ Rege ordine Danico, aureo videlicet Elephante cum turri.

A. C. 1532.

Fridericus I. Daniæ Rex & Dux Holſatiæ Chriſtianus perpetua in cuſtodia Sunderburgæ Chriſtianum II. Daniæ Regem captivum detineri voluerunt. Cujus tutela quatuor ex Senatoribus Regum Daniæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

totidemq; Holſatiæ Ducatus commiſſa eſt: inter quos Johannes Ranzovius, aulæ Ducum Præfectus, eſt deputatus.

A.C. 1533.

Confœderationem Rendesburgi in Comitiis Holſaticis Chriſtianus III. Daniæ Rex cum fratribus ſuis impuberibus & nobilitate Danica Holſaticaque inivit: qua cautum eſt, ut auxilium, neceſsitate aliqua poſtulante, alter alteri præſtaret. Si qua verò lis inter Principes ac nobiles oriretur, ut illa dirrimeretur per certum numerum Procerum Daniæ & nobilitatis Holſatiæ. Quod ſi neq; ii de controverſia poſſent decidere, communi deniq; ſuffragio arbitri partibus conſtituerentur. Inſtrumento confœderationis ex hac familia ſubſcripſerunt, D. Johannes Ranz. Eq. aur. In Bredeburg, & Præfectus arcis Steinb. Melchior Dominus in Nienhus, Præfectus Fimbrienſis & Flensburgenſis, Henricus de Pudloſen, Schacko de Helmſtorp, Henricus de Niendorff, Andreas de Salſow, Caſparus de Nienhuſs & Cajus de Kledkampe, omnes Ranzovii.

Item Carolus V. Imp. & Franciſcus Galliæ Rex, hoſtes invicem exiſtentes, uno eodemq; hoc anno D. Johannem Ranz. Eq. aur. ad ſervitia ſua bellica, ampliſsimo oblato Stipendio, pertrahere ſunt conati.

A. C. 1536.

Balthaſarus Ranz. vir exquiſitè doctus, Epiſcopus Lubecenſis fuit deſignatus.

A.C. 1539.

Melchior Ranzovius Hanſii fil. D. Schackonis Eq. aur. pronepos, juvenis ex vita diſceſsit. Fuit hic Chri-

Chriſtiani III. Regis Daniæ aulæ Præfectus: qui hoc mortuo dixiſſe fertur gemmam ſe ex corona ſua amiſiſſe.

A.C. 1544.

De diviſione Ducatuum Sleſvicenſis & Holſ. inter Chriſtianum III. Daniæ Regem, Adolphum & Fridericum Epiſcopum Sleſ. decidebatur. Adfuerunt inter cęteros Ducatuum Senatores D. Johannes Ranz. Eq. aur. & Dominus in Bredenburg, Cajus Ranz. in Kledtkamp, Breido & Henricus Ranzovii fratres & hæredes caſtri Nienhus, & Joachimus Ranz. de Pudloſen.

A. C. 1546.

Henricus Ranz. Pauli fil. Henrici nepos caſtra ſecutus in Galliis, apud Martinum Roſſemium turmę equitum Ductor, aquâ ſubmerſus periit.

A. C. 1547.

Balthazarus Ranz. Sleſvicenſis Præpoſitus, Regisq; Daniæ Chriſtiani III. Conſiliarius, poſtquam Epiſcopatui Lubecenſi 11. annos cum laude præfuiſſet, captus à quodam nobili Regi inimico in captivitate vitam cum morte commutavit.

A.C. 1548.

Adolphus Dux Holſatię in aulam Caroli V. Imp. Bruxellas ſe contulit, & cum eodem ad Comitia Auguſtana, ubi omnes ferè Principes totius Imperii confluxerant, profectus, Caroliq; in aula per ſeptennium pænè commoratus eſt. Inter cæteros nobiles Holſatos hujus familiæ apud ſe habuit: Jacobum Ranz. de Nienſtadt aulæ Præfectum, Henricum Ranz. Johannis fil. Conſiliarium, Paulum Ranz. Cubicularium, Mauritium Ranz. & Danielem, qui inde ſe Principis veniâ in Italiam contulit

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

A. C. 1553.

Henricus Ranz. Henrici nepos cum Principe Holſatiæ Adolpho ab obſidione Metenſi unius equitum Ductor diſcedens, apud Treviros peſte interiit.

A. C. 1560.

Illuſtriſsimus atq; clariſsimus Holſ. Dux Adolphus in Angliam cum 40. nobilibus Holſatis, ad Eliſabetham Angliç Reginam, profectus eſt: à qua ſplendidè acceptus regioq; more tractatus, tandem diſcedens ordine Anglico donatus annuoq; Stipendio auctus eſt. Inter cæteros Principi adfuerunt Conſiliarii Ranzovii: Paulus D. Johannis Eq. aur. fil. Daniel & Petrus Ranzovii fr. Godtſchalci filii, Henricus Ranzov. Caſpari filius, Mauritius & Dethlevus Caji filii.

Item Cajus Ranz. Henrici fil. Dominus quondam in Hanrow, Kledkampe & Cherubi, obiit.

A. C. 1561.

Henricus Ranz. Hanſii fil. D. Schackonis Equit. aur. pronepos, Adolphi Ducis Holſ. Conſiliarius & Præfectus Gottorpienſis, 8. Febr. obiit.

A. C. 1562.

Breido Ranz. Hanſii fil. D. Schackonis pronepos 13. Octob. die obiit. Hic à ſereniſsimo Daniæ Rege Chriſtiano in Phriſiam cum cum copiis equeſtribus & pedeſtribus aliquot, ut Menardum de Ham obſidione liberaret, miſſus, à D. Georgio Schenckio Caroli V. Gubernatore Phriſio captus eſt. Vicarius Regius in Ducatibus Holſ. Pretzæq; Præfectus fuit.

A. C. 1564.

Godtſchalcus Ranz. quondam Dominus in Nienhofe, &c. Chriſtiani II. Daniæ Regis Senator, obiit.

*

Hujus filius Daniel Ranzovius Dynaſta in Nienhove & Woldenhorn, in juvenilibus annis, Imperat. Carolo V. operam militarem præſtitit: in expugnatione Dithmarſiæ primum duarum cohortium ductor: Deinde Regis Daniæ FRIDerici II. ſummus belli Dux contra Sueciæ Regem deſignatus eſt, atq; hoc munus aliquot annos ſumma cum laude adminiſtrauit: Regem Suetiæ nonnullis prælijs ſuperauit. exiguo exercitu ingentes hoſtium copias fudit, vt in campo Aſtorffheide quatuor millibus 26000. hominum proſtrauit. Tandem in obſidione Arcis VVarburgicæ, quæ paulò poſt deditionem fecit, globo ex tormento æneo exploſo, & per caput ipſius adacto, expirauit, 11. Nouembris A.C. 1569. circiter ætatis annum 40. ſepultus in parochia ſua VVeſtenſehe apud Maiores, ſplendido monumento cryptæ eius inſtrato, vnà cum alijs Epitaphijs in memoriam ibidem erectis, ἄπαις vir ſtrenuus, & linguarum multarum, vt potè Latinæ, Italicæ, Gallicæ, Danicæ ac Germanicæ peritus. Deſponſata ei fuerat, Catharina à Damme, quam poſtea ipſius frater Petrus duxit.

EPITAPHIVM DANIElis Ranzovii.

COnſilio, dextraq; potens, & gloria Martis
Hoc ſitus eſt Daniel marmore Ranzovius.
Cimbrica gens patriam, præclarum Goſchius ortū
Præbuit, antiqua nobilitate parens.

Leucoris

Leucoris ingenium excoluit, gens Itala mores
Et linguam, fortes Gallia culta manus.
Omnia quæ Patriæ rediens conuertit in vſum
Dum caput eſt belli Rex Friderice tui.

DANIEL RANZOVIUS Loquitur.

DVm campos luſtro, tormentaq́ȝ mænibus apto
Vt decet inſignem dexteritate Ducem.
Deſuper ecce globus ſublimi miſſus ab arce
Me ſæuo incautum vulnere ſternit humi.
Per galeam horriſono criſtatam transuolat ictu,
Et cerebrum capitis contudit omne meum.
Et ſic grande meo eſt ſedatum ſanguine bellum
Ceſsit & in Danicas arx inimica manus
Sic firmum Daniæ EL, vitæ dum fata ſinebant
Mortuus ac veluti λύτρον *equeſtre fui.*

EL hebraica vox idem, quod præſidium

λύτρον *Ranzun.*

SYMBOLON DANIELIS Ranzovii.

Sunt DIVERSA hominis DIVERSO
TEMPORE FATA
Lubrica ſors vnum neſcit habere locum.

D. Io-

A.C. 1565.

D. Johannes Ranzovius Eq. aur. poſt ſuſceptū Hieroſolymis balthei militaris decus, & perluſtratas remotiſsimarum gentium Provincias, quantum pacis belliq; artibus, omnibusq; corporis atq; animi eximiis bonis, eniti potuit, id omne, ſecundum pietatem in Deum, uni patriæ ejuſq; laudatiſsimis Principibus, Friderico I. Chriſtiano III. & FRIDerico II. Danorum ex ordine Regibus, hujuſq; patruis Johanni & Adolpho Holſ. Ducibus, feliciſsimo eventu impendit. Hinc ſummus cum juſto imperio Dux exortis ſubinde bellis deſtinatus, qui præter copias deditasq; urbes atq; arces, profligatos ejectosq; procul Cimbricis & Holſaticis finibus hoſtes, fortium Dithmarſorum contuſam & fractam armis contumaciam, octies apertis in campis diverſis præliis ſuperatas hoſtiles acies vel ab ipſius indulgentia, vel à fœda fuga, vitam coëgit impetrare, illuſtri & fidei erga patriam ejuſq; Principes, & clementiæ erga victos gloriâ: quam ad fatalem maturæ ſenectutis horam, ſine fortunæ ludibrio, perduxit. Deniq; domi ſuæ veniam nactus, integris animi ſenſibus in chariſsimæ conjugis, filiorum & nepotum complexu, æterno numini Spiritum, à quo acceperat, firmâ in Chriſtum fide & certâ reſurrectionis ſpe confirmatus, reddidit 12. Decembris, cum vixiſſet annos 73. & menſem 1.

Item Hieronymus Ranz. D. Othonis Eq. aur. fil. Schackonis pronepos ex vivis exceſsit

A.C. 1570.

D. Henricus Ranz. D. Johannis Eq. aur. fil. ad pacis tractationem, inter Daniæ, Sveciæ nec non Poloniæ Reges, & Lubecam civitatem, Stetini una cum

cæteris ab utraq; parte conſtitutis, deputatus fuit: quo loco etiam pax inter dictos Reges rurſus conſtituta eſt.

A. C. 1571.

Chriſtophorus Ranz. D. Ottonis Eq. aur. filius Schackonis pronepos 20. Febr. obiit Fuit hic Præfectus arcis Tunderenſ. ejuſq; liberi noſtra ætate Bulcke, Knop & Seekamp poſsident.

A.C. 1572.

Mauritius Ranz. Dominus in Hanrow, Ducis Adolphi Conſiliarius, Præfectus Gottorpienſis, Dithmarienſis & Reinebeccenſis, turmæq; unius in expeditione Dithmarſica ac Gothana Ductor fuit: Hydrope correptus Lubecæ obiit.

Item Theodorus Ranz. D. Henrici Producis R. filius 27. Junii Lubecæ obiit, ibiq; in templo Cathedrali ſepultus & à patre monumenti honore decoratus eſt.

A. C. 1573.

Ex FRIDERici II. Daniæ Regis, & Johannis Adolphiq; Ducum Holſat. nomine, nobiles & Conſiliarii nonnulli ad compilationem novi Holſatici Proceſſus deputati ſunt: inter quos ex Ranzoviana familia Regis nomine D. Henricus Ranz. Produx R. Ducis verò Johannis nomine Sigfridus Ranz. conſtituti fuerunt.

A. C. 1576.

Controverſia quædam de finibus, inter FRIDericum II. Daniæ Regem & Johannem Holſatiæ, &c. Ducem, orta eſt. Arbitri de ea decidenda à parte Ducis inter cæteros fuerunt: Ovenus Domi. in Salzow, Dethlevus Dominus in Kledkamp & Hanſius Dominus in Haſſelburg.

Item

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Item Sigfridus Ranz. Hanſii fil. & D. Schackonis Eq. aur. pronepos, Dominus quondam Caſtri Nienhus, Inſulæ Fimbrienſis Præfecturęq; Haderſlebienſis Adminiſtrator, obiit.

A. C. 1579

Paulus Ranz. D. Johannis Eq. aur. filius, Dominus in Bodtkamp, Lindevit, &c. Ducis Adolphi Conſiliarius, Præfectus inq; obſidione Metenſi Vexillifer, nec non legatus, cum idem Adolphus 2000. equit. ex mandato Philippi Regis Hiſpaniarum, Duci Albano adduceret, cum vixiſſet annos 51. & menſes 5. dieſq; 6. in Monaſterio Reinebecio 16. Octobr. die vivere deſiit, Itzehoæq; apud majores ſuos honorifice ſepultus eſt.

A. C. 1580.

Die 3. Maji facta Othoniæ eſt collatio rerum feudalium, qua FRIDERicus II. Daniæ Rex feuda Ducatus Sleſvicenſis Inſulæq; Fimbriæ, ſuo quidem filiorumq; tanquam Holſ. Ducum nomine, D. Henrico Ranzovio Produci R. contulit.

Item Gerhardus Ranz. Pauli fil. Latinæ Gallicæq; linguæ peritus, ab alio quodam nobili Holſato ſingulari in certamine, cum annos 26. vixiſſet, Othoniæ gladio peremptus ibidemq; ſepultus eſt.

A. C. 1581.

Die 19. Septembr. Flensburgi tranſactio de hæreditate Johannis ſenioris Ducis Holſ. & diviſione Dithmarſiæ, inter FRIDERICum II. Daniæ Regem, & Adolphum Holſat. Ducem, facta eſt. Nomine Regis tranſactioni ex hac familia præfuêre: D. Henricus Ranz. Produx R. Dominus in Bredenburg,

Petrus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Petrus Ranz. Præfectus Flensburgenſis, & Dominus in Woldehorn: nomine verò Ducis Adolphi Dethlevus Ranz. Dominus in Kledkampe.

A. C. 1583.

Johannes Ranz. D. Henrici Ranz. Producis R. fil. Heidelbergæ 17. Octob. peſte interiit: cui pater ibidem monumentum extrui curavit marmoreum.

A.C. 1585.

Otto Ranz. Hanſii fil. D. Schackonis Eq. aur. pronepos, hæres quondam in Ranzow & Schoneweida, 24. Decemb. ex vita diſceſsit.

A.C. 1587.

Fridericus Ranz. D. Henrici Producis R. fil. Archidiaconus & Canonicus Sle.. A. C. 1557. 13 Octob. h. 5. Min. 30. P.M. Segebergæ natus, nec Latinæ linguæ ignarus, apud Johannem Caſimirum Palatinum A.C. 1583. in expeditione Colonienſi aliquandiu eſt commoratus. Deinde cum Regio Danico Admiralio A.C. 1584. profectus eſt in Livoniam verſus Oſel & Arnsburgum: ubi de novo Regi Daniæ Friderico II. juramento ſunt obſtricti incolæ. Poſtea cum Erneſto de Mandelſlo in Gallicam expeditionē A. C. 1585. abiit. Anno verò C. 1586. à Statibus inferioris Germaniæ conductus fuit, ut turmam illis equit. in Belgium adduceret: quam ubi collegiſſet, nec ordines Belgici promiſſum ſtipendium ſolverent, tam pedites quam equites conſcripti rurſus dilapſi ſunt. Hoc ægrè adeo Fridericus Ranz. tulit, ut in phreneſin incideret: quâ tamen, admiſſa venæ ſectione, liberatus eſt. Anno deniq; C. 1587. iterum in Galliam ſe contulit, Regiaſq; ſecutus eſt partes, ubi tunc 29. Novemb. die, globulis, per ſicarios, ex inſidiis trajectus

occu-

occubuit: ſepultus in Oppidô Couleûre apud Bi-
turiges.

VIATOR ET GENIUS
COLLOQ.

V. *QVis cubat hic? G. Holſatus eques, vernãte ſub (ævo*
Quem dirus Stygia ſuſtulit arte dolus.
V. *Quod fuit huic nomẽ? G. Friderico. V. quod genus? (G. alto*
Ranzoviæ natus ſanguine gentis erat.
V. *Quis Pater? G. Henricus, Danorũ Regis in agro*
Qui tenet Holſato, notus ad aſtra, locum.
V. *Inde quid huc venit? G. Gallorum Regis in arma:*
Arſit enim Martem laudis amore ſequi.
V. *At qua principio dicebas arte peremptum*
Tam florentem annis, ortu animoq; virum?
G. Fulmineis *(cheu) Scloporum glandibus ictum*
Vſa latrocinio turba dedêre neci.
V. *Proh ſcelus! inſidiis ſuccumbit Martia virtus?*
G *Quod ſi fraus tulerit vulnera laude carent.*
V. *Quid loquar? G. ulterius ne quære, Viator, abito*
Cum lubet, hîc prohibet longius ire dolor.
Dic tamen abſcedens: non ſit gravis urna ſepulto,
Dum vindex animæ copulet oſſa DEVS.

Item Cajus Ranz. ejuſdem D. Henric. Producis R. filius, Regis Daniæ tunc temporis aulicus, cum literis tranſactionum de pace inter potentiſsimum Regem Hiſpaniarum & sereniſsimam Reginam Angliæ Statusq; Belgicos ad illuſtriſsimum Ducem Parmenſem ablegatus, ab equitibus quibuſdam Bergenſib. 3. à Bruxella miliaribus captus bonisq; ſpoliatus eſt. Cujus gratiâ poſtea Rex Daniæ FRIDERICus II. Hollandicorum negotiatorum 600. naves, injuriæ vindicandæ ergò, detinuit, quas ut recuperarent, 30000. Thalerorum honoris gratiâ Regi obtulerunt. Ex qua ſumma Cajo Ranzovio 10000. pro perpeſsâ injuriâ ac captivitate, ex ſpeciali quadam gratia donavit.

Item Daniel Ranz. Pauli fil. D. Johannis Eq. aur. nepos, ſecutus partes Regis Navarræi, occubuit ſub Fabiano de Donaw, cum multis aliis nobilibus, 24. Novembr. die.

A. C. 1589.

Quarto Junii die Hafniæ Comitia infeudationis habita fuerunt, quibus. D. Henricus Ranz. Produx R. nec non Petrus Ranz. Dominus in Trojeburg, nomine CHRIStiani IIII. Regis Daniæ interfuerunt: Ducis vero Holſ. Philippi nomine Dethlevus Ranz. Dominus in Kledkamp, inter cæteros feuda à Chriſtiano IIII. accepit.

A. C. 1590.

Cajus Ranz. Dethlevi Domini in Kledkamp & Cherubi filius, natus A. C. 1570. 20. julii, mane h. 4. min. 14. Argentorati 15. die Octob. mortuus eſt Climacterico 21. ubi operam literis navabat.

Fuit magnæ ſpei & eximiæ indolis Juvenis. Funus

nus cum voluntate parentum in patriam deferretur, magna frequentia Senatorum, Profeſſorum & Studioſorum ad portam uſq; deductum eſt. Oldenburgi 12. die Februarii à mœſtiſsimo parente Dethlevo, lugente filium hunc unicum, ſepulturæ eſt mandatus.

Item Daniel Ranz. Petri Domini in Trojeburgo & Waldehorn fil. natus A. C. 1572. Januarii 5. h. 6. min. 40. p. m. obiit Paduæ, ubi etjam literis operam dedit, anno ætatis ferè Enneatico 18. Unde poſtea funus in patriam tranſlatum, atq; Weſtenſehæ apud majores maximo parentis, cujus unicus erat filius, luctu tumulatum eſt.

Item Daniel Ranz. Henningi filius Dominus in Seegarten, Præpoſitus Cœnobii Uterſeni, Conſiliarius Regius in Holſatia, quondam Tribunus militum, ex vita emigravit.

A.C. 1591.

Cajus Ranz. D. HENRici Producis R. filius, Reverendiſsimi Archiepiſcopi Bremenſis Holſatięq; Ducis, D. Johannis Adolphi Conſiliarius & Præfectus Gottorpienſis, Bredebergæ inter parentum amplexus placide obdormivit.

Item Dethlevus Ranz. Dominus in Kledkamp & Cherubi, Præfectus Ciſmarienſis & Oldenburgenſis, contulit Eccleſiæ Oldenburgenſi & pauperibus 1500. marcas Lucecenſes, ut indę perpetuos reditus ſibi compararent, cum unicus ipſius filius Cajus ibidem ſepeliretur.

Item Wolffgangus Ranzovius Oveni filius ſecutus partes Regis Navarręi menſe Novembri propa

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Roanam obſeſſam, globo ab hoſte quodam trajectus occubuit, & poſtea ſepulturæ juſtis à Paulo Ranzovio Domino in Knop, qui eodem tempore Regi militiam navabat, dignatus eſt.

DE FAMILIA RANZOVIANA.

RAnzoviæ cui non eſt gloria cognita gentis?
Henrici cui non gloria Ranzovii?
Qui genus antiquum variis virtutibus ornat,
Vates & Medicus, Miles & Aſtrologus.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA ALÆFELDIA ET RUmoria, earumq; Inſig.

NOn minor in patrio factis illuſtribus orbe
Eximius veſtri ſanguinis extat honor.
Nobilis altorum quia tollit origo Baronum,
Guelfia Saxonico quà coit ora ſolo.
Grandibus in clypeo virtus extollitur Alis:
Bis geminæ ſignant Martia facta Trabes.



DUxit hæc familia originem è Baronum ſtirpe in Ducatu Brunſvicenſi: ubi extat Oppidum ejuſdem nominis. Accepit autem nomen ab inſignibus, ab Ala nimirum & Campo, Germanis Velt.

A. C. 1390.

Tranſactioni, qua de mutua ſucceſsione inter Comites Holſatiæ paciſcitur, teſtes ex hac familia interfuerunt: D. Benedictus Eq. aur. Nicolaus & Henricus Alæfeldii fr.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

A.C. 1397.

In Campo Bornhövedenſi Albertus & Henricus fratres diviſerunt cum Gerhardo Duce Sleſ. Comitatum Holſatiæ & Stormariæ, Inſulam item Fimbrienſem, in 3. æquales partes. Teſtes ex hac familia adfuerunt: Benedictus, Nicolaus, Henricus & Benedictus junior Alæfeldii.

Item diviſio inter Albertum & Henricum fr. Comites Holſ. & Schaw. nec non Henricum, Gerhardũ & Henricum juniorem Sleſvicenſem facta eſt. Teſtes Alæfeldii adfuerunt: Benedictus, Nicolaus & Henricus.

A.C. 1399.

Impetratam à Bernhardo Duce Sleſvicenſi, Comite Holſ. Stormariæ & Schaw. privilegiorum Eccleſiæ Sleſvicenſis confirmationem, obſignarunt Benedictus, Nicolaus, Henricus & Benedictus Alæfeldii, Comitis Conſiliarii.

A.C. 1402.

Literas diviſionum, inter Henricum Epiſcopum Oſnabruggenſem, Comitem Holſ. Storm. & Schaw. ex una: & Eliſabetham Principem Holſ. & Sleſ. natam Brunſvicenſem ex altera parte, obſignavit D. Benedictus ab Alæfeldt ſenior Eq. aur.

A.C. 1404.

Henricus atq; Nicolaus Alęfeldii vexilla in Dithmarſico bello ferentes interiêre.

A.C. 1423.

Compromiſerunt Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſvicenſes, & Comites Holſat. atq; Schaw. in Sigiſmundum Imperatorem R. & Erico Regi Daniæ, Succiæ & Norwegiæ, & Duci Pomeraniæ, &c. fidem dederunt, ſe ſententiæ Cæſaris non refragaturos

gaturos. Fidejuſſores inter reliquos Epiſcopos & Duces ex hac familia interceſſerunt: Dethlevus & Henribus Eq. aur. Item Benedictus Wolffius, Marquardus & Goſchius Alæfeldii.

A.C. 1469.

Factum eſt fœdus nobilium Holſatorum adverſus vicinas civitates, & quoſlibet alios contra jus atq; fas vim ipſis intentantes: cujus confœderationis literis ſubſcripſerunt Luderus Rumorius, item Hanſius Henningi filius.

A.C. 1490.

In literis, quæ diviſionem hæreditariarum Ditionum, Ducatuum nempe Sleſvicenſis, Holſatiæ, Stormariæ, inter Regem Daniæ, Sueciæ & Norwegię Johannem: & Fridericum hæredem Norwegiæ, Ducem Sleſv. & Holſ. &c. complectuntur, teſtes Alæfeldii ſunt: Johannes Eq. aur. Henricus Johannis filius, Marquardus Goſchii filius.

A. C. 1500.

D. Hanſius Alæfeldius, Dux Dithmarſici belli Præfectus, quod à Johanne Rege Daniæ geſtum eſt, cum 10. ex hac familia nobilibus fortiter pugnans interiit.

A.C. 1541.

Godtſcalcus Alæfeldius Epiſcopus Sleſvicenſis, cum annos 24. ſumma cum laude Epiſcopatui præfuiſſet, mortuus eſt.

A.C. 1544.

Facta eſt diviſio Ducatuum Sleſvicenſis & Holſ. inter Chriſtiernum III. Adolphum & Fridericum Epiſcopum Sleſvicenſem: quibus ex hac familia adfuit Goſcius de Alæf elde.

Aſinus

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

A. C. 1548.

Aſmus Rumorius cum Adolpho Holſat. Duce Bruxellas, in Caroli V. Imp. aulam ſe contulit, & cum eo Borchardus Alæfeldius.

A. C. 1559.

Cum Dithmarſia à FRIDerico II. Daniæ Rege, nec non Johanne & Adolpho Ducibus Sleſ. & Holſ. expugnaretur, Georgius Alæfeldius de Seegarten, & Borchardus Alæfeldius ab Heiligenſteden bello occubuerunt.

A. C. 1560.

Profectus eſt Dux Adolphus in Angliam cum 40. nobilib. ex his locis, inter quos fuit Benedictus in Haſeldorff.

A. C. 1571.

Bartramus Alæfeldius Dominus in Lemkulen, quondam Chriſtiani III. Regis Daniæ in Holſatia Vicarius Conſiliariuſq́;, mortuus eſt.

A. C. 1573.

Nobiles nonnulli nomine Daniæ Regis FRIDerici II. & Adolphi Ducis Holſ. ad compilationem novi Holſatici proceſſus deputati ſunt, inter quos nomine Adolphi Ducis ex hac familia fuit Benedictus Dominus in Haſeldorff.

A. C. 1576.

Inter FRIDericum II. Daniæ Regem & Johannem ſeniorem Holſ. &c. Ducem, de finibus aliquot locorum incidit controverſia, ad eam dirimendam 8. ad utroq; & Rege & Duce Conſiliarii deſtinati ſunt: ita ut Conſiliarii Regii 8. pro Rege, alii verò 8. pro Duce ferrent judicium. Ex parte Johannis ſenioris Ducis Holſ. interfuit Benedictus Alæfeldius in Haſeldorff & Benedictus Dom. in Obhuſen.

Die

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

A. C. 1580.

Die 3. Maji facta eſt Othoniæ collatio rerum feudalium, qua Dux Holſ. Adolphus Benedicto ab Alæfelde Domino in Haſeldorff, ſuo nomine feuda contulit.

Eodem tempore Benedictus ab Alæfeldt Bartrami filius Dominus in Lemkulen, Steinburgæq; Præfecturæ adminiſtrator & Conſiliarius Regius, FRIDerici II. Regis Daniæ aulæ Mareſchalcus fuit: à quo etjam ordine Danico, aureo nimirum Elephante, eo tempore donatus eſt. Loquitur ac ſcribit Latino ſermone expeditè, Gallicæ quoq; atq; Italicæ linguæ peritiſsimus.

A. C. 1581.

Die 19. Septemb. Flensburgi facta eſt tranſactio de hæreditate Johannis ſenioris Ducis Holſ. & diviſione Dithmarſiæ, inter FRIDericum II. Daniæ Regem, & Adolphum Holſ. Ducem: cui nomine Principis Adolphi Benedictus ab Alęfelt Dominus in Haſeldorff interfuit.

Item Hanſius Borchardi ab Heiligenſteden filius Neapoli in Italia mortuus ibidemq; ſepultus, & monumento marmoreo à fratre ſuo Balthaſaro donatus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA REVELOUJA ET WAL-ſtorpica, earumq; Inſignia.

NEc tua Reſlovii generis ſtirps facta tacebo,
Vberius per quam Cimbria nomen habet.
Rubra tibi teſtis clypei pars, teſtis & alba:
Militis hæc uſus, denotat illa togæ.
In galea parvis etiam Rota pervia gyris,
Ambiguas ſortis nos docet eſſe vias.



HÆc cum Walſtorpica familia una eademq; eſt: ut ex ſimilitudine inſignium majorumq; relationibus conſtat. Ex Dithmarſia, ubi orta eſt & ſedes ſuas habuit, expulſa eſt: Interfecerunt enim Dithmarſi Henricum Revelovium cum ſervo A. C. 1460.

pro-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

propter pratū, quod utraq; pars ſuum eſſe contendebat.

A. C. 1112.

Walſtorpos in hæc loca rediiſſe venerabilis D. Albertus Abbas Stadenſis meminit.

A. C. 1315.

Hartwicus Revelovius Comitem Holſatiæ ac Wagriæ Adolphum cum filio, propter ſtupratam filiam & fratrem decollatum, in lecto interfecit in arce Segeberga: quam ſolus, ac ſi venator Comitis eſſet, habitu ejus ingreſſus eſt. Deinde Romam venit, & abſolutionem, ob ſumptam juſtam vindictam, à ſummo Pontifice Johanne XXII. impetravit. Hac tamen pœnitentiâilli injunctum eſt, ut bona ſua in uſum pauperum diſtribueret: ex quibus Refectorium Cœnobii Itzehoenſis nobilium virginum extrui poſtea curavit. Volunt autem hanc cædem perpetratam fuiſſe conſenſu Gerhardi III. magni, & Johannis Comitum Holſ. Nam Gerhardus, interfecto Adolpho, ſtatim arcem Segebergam occupavit, & patrē Adolphi in Bramſted (alii Bramhorſt) Johannem II. capi juſsit: quia Adolphus interemptus cum Marchione Brandeburgenſi paulò antè conſpiraverat, qui erat ſummus illorum inimicus.

A. C. 1316.

Diviſionem Comitatus Holſatiæ & Stormariæ, inter Johannem & Gerhardum fr. ſigillis confirmârunt D. Elerus de Walſtorp, & D. D. Hartwicus & Ivo de Reventlow Eq. aur.

A. C. 1324.

Gerhardus Holſ. & Storm. Comes, bona Eccleſiaſtica, ad Epiſcopatū Lubecenſem pertinentia, per vim invaſit, cui reconciliationis emerendę gratiá injū-

ctum eſt, ut comitatus 24. nobilibus, à Cathedrali Eccleſia Hamburgenſi uſq; ad Lubecenſis ſummam aram, nudis pedibus iter faceret, & ab Epiſcopo Henrico Borckholt veniam delicti flexis genibus, ante ſummum altare peteret, ſupplex. In eo Comitatu ex hac familia Hartwicus de Reventlow Comiti adjunctus eſt.

A. C. 1339.

D. Hartwicus Reventlovius literis tranſactionum, inter Regem Daniæ Woldemarum & Gerhardum Holſ. & Schaw. Comitem, interfuit.

A. C. 1397.

In campo Bornhövedenſi Albertus & Henricus fr. diviſerunt cum Gerhardo Duce Sleſ. Comitatum Holſ. & Storm. Inſulam item Fimbrienſem in 3. æquales partes: Teſtis adfuit Grojus Reuentlovius.

A. C. 1462.

D. Hartwicus Reventlovius Eq. aur. literas diviſionum inter Henricum Epiſcopum Oſnabruggenſem, Comitem Holſ. Storm. Schawenburgiiq;, & Eliſabetham Principem Sleſ. & Holſ. natam Brunſvicenſem, obſignavit.

A. C. 1484.

Tranſactio facta eſt inter Nicolaum de Wiſch Nicolai fil. & Conſules Rendesburgenſes, de bonis aliquot ad Xenodochia S. Sancti, & D. Georgii pertinentibus: inter tranſactiores fuerunt Henningus & Otto Waltorpii.

A. C. 1500.

Tres hujus familiæ in bello Dithmarſico occubuerunt, inter quos Hartwicus de Gram fuit.

Deth-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

A. C. 1536.

Dethlevus Epiſcopus Lubecenſis 29. cum per annùm tantum Epiſcopatui præfuiſſet, obiit. Hic Cancellarius Friderici I. Regis Daniæ fuerat.

A. C. 1544.

Diviſioni Ducatuum Sleſ. & Holſ. inter Chriſtianum III. Adolphum & Fridericum Epiſ. Sleſ. interfuit D. Ivenus Reventlovius Eq. aur.

A. C. 1569.

D. Ivenus Eq. aur. Conſiliarius Friderici I. & Chriſtiani III. Regum Daniæ, Dominus in Schoneweida & Richſtorff,
obiit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA POGWISCHIA, NOBILIUM de Wiſch & Wolffiorum eorumq; Inſignia.

NOn mihi nobilitas, non defuit ardua virtus,
Qua patriæ fulgent prima theatra domus.
Sicut & imbelles confringit dentibus agnos,
Triſtia dum ſtabulis excitat arma, Lupus.
Adverſos talis mea vis exarſit in hoſtes,
Eſt mea laus Cimbris eſtq; probata fides.



POgwiſchiorum, nobiliũ de Wiſch & Wolffiorum familia ſatis etjam generoſa uetuſtaq; eſt. Chriſtiani III. tempore conſtat, Johannem Pogwiſchirum 3. equitibus comitatum apertum inimicum ſuum Jacobum Ranzovium in diverſorio in ſcamno dormi-

dormientem, ~~ex~~ Lubecæ circa meridiem capti~~vum~~ ~~abduxiſſe.~~ et nihilominus è civitate ſalvum evaſiſſe.

A. C. 1239.

Comes Johannes civitatis Hamburgenſis privilegia & libertates confirmavit: cujus confirmationis inter cæteros Duces, Comites atq; Epiſcopos, tanquam teſtis Sigfridus de Wiſch literis eſt inſertus.

A. C. 1324.

Conradus Wolffius adfuit Gerhardo Holſ. & Storm. Comiti in eo Comitatu, qui ipſi à Cathedrali Eccleſia Hamburgenſi ad Lubecenſis ſummam aram, cum 24. nobilibus, nudis pedibus eſt injunctus.

A. C. 1339.

D. Marquardus de Wiſch Eq. aur. literis tranſactionum inter Regem Daniæ Woldemarum, & Gerhardum Holſ. & Schaw. Comitem, interfuit.

A. C. 1340.

Goſchius à Wiſch tranſactionem inter nobiles Hummelbuttelenſes & Senatum Chilonienſem teſtis confirmavit.

A. C. 1374.

Arnoldus Wolffius Abbas Corbejenſis Cæſareus electus eſt: Hic cum Abbatię annos 26. præfuiſſet, A. C. 1400. obiit.

A. C. 1390.

Wolffgangus Pogwiſchius tranſactioni inter omnes Comites Holſ. Storm. & Schaw. qua de mutua ſucceſsione paciſcuntur, teſtis eſt.

A. C. 1392.

Nicolaus Comes Holſ. ac Schawenburgenſis, & Gerhardus Dux Sleſvic. dederunt civitati Oldenburgæ Jus Lubecenſe, poteſtatemq; poſt Michaëlem nundi-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

nundinas celebrandi, D. Wolffgangus Pogwiſchius Eq. aur. teſtis interceſsit.

A. C. 1399.

Impetratam à Bernhardo Duce Sleſ. & Comite Holſ. privilegiorũ Eccleſiæ Sleſvicenſis confirmationem D. Wolffgangus de Wiſch obſignavit.

A. C. 1404.

Multi ex hac familia viri generoſi in bellis Dithmarſicis, præſertim verò hoc anno interierunt.

A. C. 1423.

Benedictus, Wolffius, Iohannes, Hartwicus & Otto Pogwiſchii fidejuſſores interceſſerunt, cum Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſ. Comites Holſa. atq; Schaw. in Sigiſmundum Romanum Imp. compromiſerant.

A. C. 1429.

Nicolaus Wolffius Epiſcopus Sleſvicenſ. 37. electus Epiſcopatui annos 48. præfuit.

A. C. 1477.

Heldericus de Wiſch Epiſcopus Sleſvic. 38. electus Epiſcopatui annos 16. præfuit.

A. C. 1490.

In literis, quæ diuiſionem hæreditariarum ditionum, Ducatuum videlicet Sleſ. Holſ. Storm. inter Regem Daniæ, Sueciæ ac Norwegiæ, Iohannem & Fridericum hæredem Norwegiæ, Ducem Sleſ. ac Holſ. &c. complectuntur, teſtes adhibiti ex hac familia ſunt: Nicolaus de Wiſch, Benedictus & Johannes Pogwiſchii Wolffii filii.

A. C. 1493.

Heldericus de Wiſch Epiſcop. Sleſvicenſ. 38. mortuus eſt.

Deth-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

A. C. 1499.

Dethlevus de Wiſch Dpiſcopus Sleſvicenſis 40. electus Epiſcopatui annos 18. præfuit.

A. C. 1517.

Idem Dethlevus ex vita diſceſsit.

A.C. 1544.

Diviſioni Ducatuum Sleſ. & Holſ. inter Chriſtianum III. Adolphum & Fridericum Epiſcopum Sleſ. interfuerunt D. Wolffgangus Powiſchius, & Nicolaus de Wiſch.

A.C. 1576.

Inter FRIDericum II. Daniæ Regem & Johannem ſeniorem Holſ. Ducem de finibus aliquot locorum controverſia intercidit: ad quam decidendam 8. ab utroq; deſtinati ſunt, inter quos à partibus Ducis fuerunt Johannes à Wiſch in Olpniſs & Nicolaus Dominus in Glaſow.

A.C. 1581.

Die 19. Septemb. Flensburgi facta eſt tranſactio de hæreditate Johannis ſenioris Ducis Holſ. & diviſione Dithmarſiæ inter FRIDERicum II. Daniæ Regem, & Adolphum Holſ. Ducem, nomine Adolphi adfuit Nicolaus de Wiſch Dominus in Glaſow Conſiliarius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA SESTEDIANA EJUSque Inſignia

Ardua Seſtedios virtus extollit avorum,
Tempora læta togæ ſeu fera Martis eant.
Majorum tenuis Nymphææ ſurculus herbæ
In clypeo foliis cernitur eſſe tribus.
Ipſe Deus trino gaudet quoq; numine, cujus
Vivat inexhauſta fama perennis ope.



SAtis vetuſtæ ac numeroſa etjam hæc familia Seſtediana eſt: Nam in æde Epiſcopali Sleſvicenſi, ubi plerumq; humati ſunt, 72. Seſtediorum Inſignia affixa videntur, inter quos partim Præpoſiti Equiteſq; aurati, partim verò Canonici fuerunt.

Tres

A. C. 1289.

Tres ex hac familia litteras mutui contractus ſuper pago Ricklingen obſignarunt.

A. C. 1339.

DD. Sigfridus & Marquardus Seſtedii Eq. aur. literis tranſactionum inter Regem Daniæ Woldemarum, & Gerhardum Holſ. & Schaw. Comitem, teſtes inteſuerunt.

A. C. 1404.

Sigfridus S-ſtedius fuit tutor filiorum Gerhardi Ducis Sleſvicenſis in bello Dithmarſico interfecti.

A. C. 1423.

Cum Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſ. Comites Holſ. & Schaw. in Sigiſmundum Romanorum Imp. compromiſerant, Fidejuſſor inter ceteros fuit Otto Seſtedius.

A. C. 1500.

Hujus familiæ 6. in bello Ditmarſico geſto periêrunt.

A C. 1544.

Diviſioni Ducatuum Sleſv. & Holſ. inter Chriſtianum III. Adolphum & Fridericum Epiſcopum Sleſ. interfuit Cajus Seſtedius.

A.C. 1560.

Dux Holſatiæ atq; Sleſvicenſis Adolphus cum 40. nobilibus ex his locis in Angliam eſt profectus: inter quos fuit Bartramus Seſtedius, Principis Conſiliarius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA BLOMICA EJUS-que Inſignia.

Floſculus antiquis Guelforum natus in agris,
Jam tenet Holſati jugera culta ſoli.
Ambroſiæq; novos diffundere cœpit odores,
Exit & in Regum Serta Ducumq; frequens.
Illius, Arctois dum flos erit ullus in oris,
Æternùm nequeunt fama decusq; mori.



HÆc familia è ~~Baronum~~ Nobilium ſtirpe in Ducatu Brunſvicenſi ortum habuit.

A.C. 1400.

D. Ditricus Blom Eq. aur. turmam equitum in Holſatiam duxit, & poſtea cum D. Scackonis Ranzovii filia contraxit matrimonium.

D.Di

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

A.C. 1423.

D. Ditricus Blom Eq. aur. cum Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſvi. Comites Holſ. & Schawenburgenſes in Sigiſmundum Rom. Imp. compromiſerant, Fidejuſſor inter cæteros interceſsit.

A. C. 1500.

Hanſius Blom & Henricus Præfectus Gottorpienſis in Bello Dithmarſico occubuerunt.

A. C. 1560.

Profectus eſt Dux Adolphus in Angliam cum 40. nobilibus ex his locis: inter quos fuit Hanſius Blom Dominus in Seedorff.

A. C. 1581.

De trauſactione hęreditaria inter FRIDericum II. Daniæ Regem, & Adolphum Holſ. Ducem decidebatnr. Nomine Regis Johannes Blom Dominus in Sehedorff Conſiliarius R. adfuit: Nomine verò Adolphi Ducis, Theodorico Blomio Domino in Hornſtorff Principis Conſiliario, inter cæteros commiſſa tranſactio erat.

A. C. 1589.

Hanſius Blom in Schedorff, Conſiliarius & Præfectus Haderſlebienſis, ad Comitia infeudationum Hafniæ Regis nomine deputatus fuit.

A. C. 1592.

Henricus Blomius Dominus in Hornſtorff. Archiepiſcopi Bremenſis D. Johannis Adolphi Ducis Holſ. &c. Conſiliarius arcisq; Gottorpæ Præfectus fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA STURENSIS EJUSque Inſignia.

STuros pinnigeræ decorant inſignia Percæ,
Duraq; taurinæ Cornua frontis habent.
Perca quid? illatam pinnis vim pellit acutis,
Hoſtileſq; ferunt Cornua dura minas.
Scilicet iſta decent altos inſignia Reges,
Sturæus quorum ſanguis origo fuit.



ISta familia Sleſvicenſis & Cimbrica fuit, dives admodum ac potens, ante 400. annos rebus fortiter geſtis claruit, tres Succiæ Gubernatores olim produxit. Nobiles autem Sturenſes quos Cimbria habuit ex eadem familia fuiſſe ortos, eo evidentiſsimum eſſe poteſt: quod videcet, cum ultima hujus ſtirpis maſcula pro-

la proles apud nos eſſet extincta, hæreditatem Sturenſes inde expetiverunt.

A. C. 1188.

Ab Henrico Leone Brunſvigæ Duce, poſt ſubactam Bardewigam civitatem, & Lubecam occupatam, Segeberga obſeſſa auxilio Eggonis Sturen ejusque conſanguineorum aliquot & conſortium, liberata eſt.

A. C. 1340.

Hummelbuttelenſes nobiles violarunt pacem publicam contra Senatum Chilonienſem: propterea in pœnam Comitum Holſatiæ ſunt delapſi. Tranſactioni Henningus Stur teſtis interfuit.

A. C. 1470.

Steno Stur ſenior Princeps 140. Sueciæ electus, præfuit regno amplius 30. annis.

A. C. 1503.

Idem Steno obiit.

A. C. 1504.

Swanto Stur regni Suetiæ Gubernator 141. electus fuit.

A. C. 1512.

Idem Swanto Stur è vivis diſceſsit.

Eodem anno Steno Stur junior Suecorum Gothorumq; Princeps 142. electus, præfuit regno annos 18.

A. C. 1530.

Steno Stur junior ictu bombardæ exſpiravit.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA BOCKWOLDIA EJUSqúe Inſignia

GLoria Bockwoldæ ſemper fuit ardua ſtirpis,
Duraq́; civili contulit arma togæ.
Hæc te magnanimis virtus majoribus æquet,
Eximium ſtirpis nomen adepte, nepos.
Dumq́; Coronatæ clypeus caput exhibet Vrſæ
Competat hæc capiti parta Corona tuo.



BOckwoldia familia à fagineis ſylvis dicta, quarum maximam copiam habet, ut etjam ingentes ex porcis ſaginatis inde quotannis ſibi reditus comparare poſsit: magna & plurima prædia arcesque munitas olim habuit. Ortâ tamen aſsiduâ inter Bockwoldios Comitesq; Holſ. & civitatem Lubecam contentione,

tione, plurimis iiſq́; munitiſsimis ab iiſdem prædiis atq; arcibus exuta eſt. Unde accidit, ut 10. Bockwoldiorum, conniventibus Holſatiæ Comitibus, in prædiis capti à Lubecenſib. capitis ſupplicio affecti ſint. Inter quos primum locum Lupum Bockwoldium obtinuiſſe conſtat, qui cum à carnifice ad capitis ſupplicium ſe trahente nomen percontaretur, ille verò Percam ſe vocari diceret, in hæc verba erupit: vah quàm indecorum & contra naturę ordinem eſt, quod tam parvus piſcis debet conſumere Lupum

A. C. 1203.

Idus Novembris Abelus Rex Danorum, Slavorum, & Dux Jutiæ dedit privilegium Hamburgenſib. de navalibus paſsis: teſtis inter Epiſcopos & Holſat. Comites adfuit D. Dethlevus à Bockwolden Equites auratus.

A. C. 1340.

D. Dethlevus Tranſactionem inter nobiles Hummelbuttelenſes & Senatum Chilonienſem ſigillo confirmavit.

A. C. 1390.

Nicolaus & Ulradus Bockwoldii fr. tranſactioni de mutua ſucceſsione inter omnes Comites Holſ. Storm. & Schaw. factæ, teſtes adfuerunt.

A. C. 1397.

Nicolaus â Bockwolde literis diviſionis ditionum, factis inter Albertum & Henricum Holſat. & Schaw. Comites, teſtis adfuit.

A. C. 1402.

D. Nicolaus à Bockwolde Eq. aur. diviſionem inter Henricum Epiſcopum Oſnabruggenſem, Comitem Holſat. Stormar. Schawenburgiiq; & Eliſabe-

M tham

tham Principem Holſatiæ & Sleſvici natam Brunſvi-
cenſem, obſignavit.

A. C. 1484.

Tractatio facta eſt inter Nicolaum de Wiſch Nicolai filius & Conſules Rendesburg. de bonis aliquot ad Xenodochia S. Sancti & D. Georgii pertinentibus. Inter tranſactores Detlevus a Bockwolden Dethlevi filius deſignatus eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA KRUMMENDIKIANA
ejuſq; Inſignia.

INclita cum fuerint patriis mea nomina terris,
Stemmate cur careo nunc ego pæne meo?
Ne tamen emerita deſint præconia laudis,
Effice, de noſtra ſtirpe relicte, nepos.
Sic tua præclaris gaudens inſignibus, arbor
In patria rurſus prole virebit humo.



NOmen hæc familia accepiſſe videtur, quod gentes in paluſtribus vallorumq; mole circumductis locis poſſeſsiones ſuas habuerunt.

A. C. 1316.

Diviſionem Comitatus Holſatiæ & Stormariæ, factam Kiloniæ in feriis Paſchalib. inter Gerhardū &

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Johannem fratres, ſigillo ſuo confirmavit Nicolaus de Krummendick.

A. C. 1324.

Nicolaus de Krummendick uterq; ſenior & junior adfuerunt Gerhardo Holſat. & Stormariæ Comiti in eo Comitatu, qui ipſi à Cathedrali Eccleſia Hamburgenſi uſq; ad Lubecenſis ſummam aram nudis pedibus eſt injunctus.

A. C. 1339.

D. Nicoleus Krummendick Eq. aur. literis tranſactionum, inter Regem Daniæ Woldemarum & Gerhardum Holſatiæ & Schawenb. Comitem, teſtis adfuit.

A.C. 1381.

Luderus Krummendick Caſtrum Rendesburgum oppignoratum tenuit.

A. C. 1390.

Haſsius Krummendick tranſactioni inter omnes Holſatiæ, Stormariæ & Schawenb. Comites, de mutua ſucceſsione factæ, interfuit.

A. C. 1399.

Burchardus Krummendichius impetratã à Bernhardo Duce Sleſ. & Comite Holſ. privilegiorum Eccleſiæ Sleſvicenſis confirmationem obſignavit.

A.C. 1402.

D. Ericus Eq. aur. diviſionem inter Henricum Epiſcopum Oſnabruggenſem, Comitem Holſatiæ, Stormar. Schawenburgenſemq;, & Eliſabetham Principem Sleſvigæ & Holſat. natam Brunſvicenſem obſignavit.

A. C. 1423.

Henricus Krummendichius, cum Henricus Adolphus

dolphus atq; Gerhardus Duces Sleſ. Comites Holſ. & Schawenburgenſes in Sigiſmundum Romanum Imp. compromiſerant, fidejuſſor intercesſit.

A.C. 14.

D. Ericus Krummendick Eq. aur. tutor filiorum Gerhardi Ducis Sleſ. in Dithmarſico bello cæſi fuit.

A.C. 1466.

D. Albertus Krummendick Eq. aur. Epiſcopus Lubecenſis 23. electus, annos 25. Epiſcopatui præfuit.

A.C. 1489.

Idem D. Albertus Krummendick Eq. aur. Lubecæ obiit: cujus ſepulcrum in Cathedrali æde 6000. Marcis Lubecenſibus non paratum eſſe ſtatuitur.

A.C. 1490.

In literis, quę diviſionem hæreditariarum ditionum, Ducatuum videlicet Sleſ. Holſ. Storm. inter Regem Daniæ, Sueciæ ac Norwegiæ Johannem: & Fridericum hæredem Norwegiæ, Ducem Sleſ. ac Holſ. &c. complectuntur, teſtis eſt aſſcriptus Burchardus Krummendichius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA MEINSTORPICA SIVE MEINDORPICA, ejuſq; Inſignia.

ET procul Euganeis mea ſtirps inclaruit oris,
Imperioq; ſtetit Roma ſuperba meo.
Scilicet ad tantos virtus me vexit honores,
Cum mihi Pontificis parta corona fuit.
Alta petunt flammæ, belliq; togaq; laborem
In clypeo ſtirpis ſignat uterq; color.



MEinſtorpica & Meindorpica eadem eſſe familia creditur: etſi quædam in clypeo diverſitas à Clemente II. Pontifice facta appareat.

A. C. 874. †

D. Ludolphus à Meindorp Eq. aur. & judex inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

†

EX hac Mejendorffiorum nobili familia prodiit Suidigerus, initiò quidem Henrici II. Imperat. Cancellarius, ut infra ſub A. C. 1047. memini deinde in Epiſcopum Bambergenſem XI. conſtitutus, Epiſcopatui VI. annos præfuit. Demum verò Sutrii in Synodo 12. Calend. Januarii in Romanorum Pontificem CLEMENTIS II. aſcitò ſibi nomine electus, annuente vel potius imperante Henrico III. Imperatore, qui Benedictum IX. Gregorium VI. & Sylveſtrum III. Summo Pontificatu removit: & ſic Imperii Jura in electione Pontificis Romani, & diſpoſitione ſedis Apoſtolicæ uſurpata ab Hadriano I. CARolo Magno, LEOne VII. & OTTone I. recuperavit.

Viva Effigies

CLEMENTIS II.
ROMANORUM PONTIFICIS ANTEA SUIDIGERUS NOMINATI,

qua etjam illum Itali depingunt, & Johannes Bapriſta de Cavalleriis cum reliquis Pontificibus, æneis tabulis inciſum edi curavit.



Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Eridagus etjam, Ludolphus atq; Edo, vel, ut alii ipſum nominant Udo Meindorffii, Judices & Aſſeſſores Judicii Imperialis Nordalbingorum in inclyta Hamburga urbe fuerunt.

Habuit quoq; Adelwardum, cognatum & præceptorem Adelgarii, qui Epiſcopus Verdenſis XIIII. ab Henrico Aucupe electus fuit.

Adelgerius vel (ut alii volunt) Adeldagus Meindorffius ex Canonico Hildensheimenſi factus eſt, ex commendatione cognati & Præceptoris ſui Adelwardi Conſiliarius, ac poſtea Cancellarius Ottonis I. Imper. totiusq; Imperii, propter ſingularem eruditionem & prudentiam. Defuncto verò Unone, ab eodem Imperatore in Archiepiſcopum Hamburgenſem inveſtitutus eſt: A. C. 936.

In Daniam relligionis propagandæ cauſa cum Imper. profectus, Gunhildem Reginam, & filium parvulum Zuenonem, juſſu Regis Heraldi baptizavit, eſtq; filius à Compatre Zuenotto nominatus A.C. 949. ibidem Eccleſias ordinavit. In gente Heneta, devicta ab Imperat. Ottone, Euangelium JESU CHRISTI docuit, & Apoſtolus eorundem nominatus eſt.

Hermannum Billingium Imperatori commendavit, cui etjam, iturus cum Imperat. in Italiam A. C. 961. adminiſtrationem diœceſis ſuæ commiſit: Synodo ibidem, in qua Johannes XII. Pontificatu motus eſt, interfuit. Domum inde reverſus A.C. 966. Benedictum V. Pp. ſecum duxit, qui Hamburgi ab eo ſuſtentatus eſt ſumma liberalitate, quo ad vixit, ibiq; mortuus & ſepultus jacet. Obitus ejus infra ſub A. C. 988. mentio eſt facta; Bremæ verò ad caput

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Luderici ſepultus eſt, ubi tales de eo extant verſus.

Nobilis eſſe volens, veſtigia certa ſequetur
Semper Adelgeri; nomine certus enim eſt.
Nobilitatis habens nomen, re nobilitatem
Majorem exhibuit, nobilis ergo manet.

Fridericus à Meindorff captus â Danis incurſionem in Hadelariam facientibus, & Stadam vaſtantibus A. C. 988. Sed liberatus cum ſociis ſuis nobilibus Eridago ab Arnim, Viricone ab Aſſeburgo, Edone de Schulenburgk, à Bennone Duce Saxoniæ, & Lunæburgi, qui Danos fudit.

Otto Meindorffiius Eques auratus, cum alio Ottone ejuſdem familiæ, Henrico Epiſcopo Naunburgenſi hæreditariam arcem ſuam Meindorff vendiderunt, non ex neceſsitate quadam vel indigentia coacti, verum ut religioſis gratificarentur: ex qua arce Monaſterium monialium ædificatum fuit, A.C. 1214.

† D.Lu-

ter Nordalbingos in pugna, contra Nordtmannos fortiter dimicans interiit.

A. C. 988.

Adelgerius à Meindorff Hermannum Billingiū, qui ante Schawenburgenſes Comites in Cimbria imperium habuit, commendans Ottoni I. II. III. Imppp. (quibus chariſsimus fuit) obiit.

A. C. 1047.

Swidigerus à Meindorff, vir eximia doctrina, virtute & ſapientia præditus, Henrici II. Imp. Cancellarius, cum primùm Epiſcopus Bambergenſis fuerat, & poſtea ad Pontificalem dignitatem evectus Clemens II. erat vocatus, veneno interfectus Romæ obiit.

A. C. 1340.

Dethlevus Meinſtorff tranſactionem inter nobiles Hummelbuttelenſes & Senatum Chilonienſem teſtis confirmavit.

A. C. 1418.

Henricum Meinſtorffium, cum Segebergenſibus privilegia ſunt data, Comites Holſatiæ Conſiliarium habuerunt.

A. C. 1423.

Henningus Meinſtorffius, cum Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſv. Comites Holſat. & Schaw. in Sigiſmundum Romanum Imp. compromiſerant, Fidejuſſor interceſsit.

A. C. 1589.

Chriſtophorus Meinſtorffius Chriſtinæ Holſatiæ Principis Præpoſitus Chiloniæ fuit.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA SUINIANA EJUSque Inſignia.

SVinia gens noſtro quamvis intercidit ævo,
Laus tamen, invitâ morte, ſuperſtes erit.
Nam velut Arctois Cynoſuræ ſidus in oris
Illæſum nautis æquore monſtrat iter:
Sic genus hoc inſtar lucebat ſideris, unde
In clypeis Arcton, quæ docet iſta, vides.



SUiniana hæc familia noſtra hac ętate apud Cimbros eſſe deſiit. Duo potiſsimùm Joachimus & Paulus Suiniani ex prælio clari fuerunt, quod 11. Junii, A. C. 1535. Chriſtiani III. Regis Daniæ nomine à D. Johanne Ranzovio Equite aurato in Ochſenberg, cum Comitibus de Hoja & Tecklenburgo, commiſſum fuit. Joachimus verò lethaliter in hoc prælio vulneratus eſt: Paulus poſtea in Rochlitz, cum Marchio Albertus Brandenburg. ab Electore Saxoniæ Johanne FRIDERICO illic caperetur, periit.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA STAKIANA EJUSque Inſignia.

Ventoſis ornat mea gens inſignia flabris,
Marte quòd illuſtris claraq; pace fui.
Nam velút ex minimis, flammâ pereunte, favillis
Edunt ingentes concita flabra rogos:
Sic populos morum plaudentibus excitat auris,
Nomen habens veræ nobilitatis, eques.

A. C. 1312.



JOhannes & Marquardus literas confœderationis Comitũ Holſ. obſignârunt, fueruntq; pro eis fidejuſſores.

A. C. 1364.

Henningus obſignavit literas tranſactionis inter Adolphũ Ducem Sleſ. & Hamburgenſ. A. C. 1415.

Marquardus vendidit Oldenburgenſibus agros ſuos ac prata: quam venditionẽ Henricus Dux Sleſ. Comes Holſ. Storm. & Schaw. confirmans diſpoſitioni juris Lubecenſis ſubjecit.

A. C. 1423.

Cum Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſ. Comites Holſ. & Schaw. in Sigiſmundum Rom. Imp. compromiſerant, Fidejuſſor interceſsit Johannes Stake. A. C. 1472.

Elerus, propter prædas in juventute factas, à Lubecenſib. capitis ſupplicio eſt affectus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA BROCKTOPIANA ejuſque Inſignia.

ECquibus intexam Brocktorſos laudibus ortus?
Eximia quorum Cimbria gente tumet.
Quis pacis referat cunctos belliq; labores,
Summa quibus Proavos nominis aura vehit?
Sic te fama volans niveis gens evehat alis:
Pennigero donec Stirps tua Piſce micat.



HÆc ante multos annos excelluit: unus etjam ex hac familia Henrico Comiti Holſato Hamburgi adfuit, cum fœdus contra Regem Daniæ, urbem Sleſvigam oppugnantem, ictum eſt.

A.C. 1390.

D. Henricus Brocktorſſius Eq. aur. tranſactioni

inter

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

inter Comites Holſ. Storm. & Schaw. Comites, qua de mutua ſucceſsione paciſcuntur, teſtis adfuit.

A. C. 1397.

Literis diviſionis Ducatuum, factis inter Albertum & Henricum Holſ. & Schaw. Comites, Henricus Brocktorffius teſtis adfuit.

A. C. 1418.

D. Henricus Brocktorffius Eq. aur. Comitum Holſ. Conſiliarius, Præfectusq; arcis Segebergenſis fuit.

A. C. 1490.

In literis, quæ diviſionem hęreditariarum ditionum, Ducatuum nempe Sleſ. Holſ. & Stormariæ, inter Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ Regem Johannem: & Fridericum hæredem Norwegiæ, Ducem Sleſ. & Holſ &c. complectuntur, inter reliquos teſtis fuit adhibitus Sigwerdus Brocktorffius.

A. C. 1548.

Dethlevus Brocktorffius cum Duce Adolpho in Caroli V. Imperatoris aulam Bruxellam ſe conferebat.

A. C. 1582.

Dethlevus Brocktorffius, Friderici ſenioris filius, Tribunus militum iſto in bello, quod Senatus Gedanenſis contra Poloniæ Regem geſsit, deſignatus fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA BREIDENA EJUSque Inſignia.

Breidonum fortes decorant inſigne Leones,
Quid Leo? quid Libycæ fulva Corona feræ?
Mos erat antiquis, ut bellica caſtra ſecutis
Nomina promeritis, aptaq; ſigna darent.
Laus igitur digno mea fraudaretur honore,
Non tulit Armeniæ juncta Corona feræ.



FAmilia Breidiana antiqua eſt: poſſeſsiones ſuas in Sleſvicenſi Ducatu olim & hodie habens. Ex hac familia Anna D. Ottonis Ranzovii uxor orta eſt, quæ ardenti foco impoſita, ut, filios quo loco abſconderat, indicaret, dolores quos ex flammis ſenſit patienter tulit, ut filios à captivitate ſervaret.

Henri-

A. C. 1340.

Henricus Breide tranſactionem intur nobiles Hummelbuttelenſes & Senatum Kilonienſem ſigillo confirmavit.

A. C. 1402.

Johannes Breidenus diviſionem inter Henricum Epiſcopum Oſnabruggenſem Comitem Holſ. Storm. Schawenburgiq;, & Eliſabetham Principem Sleſ. & Holſ. natam Brunſvicenſem, obſignavit.

A. C. 1417.

Unus ex hac familia literas Comitis Holſ. Henrici datas Hamburgenſibus ſigillo confirmavit.

A. C. 1423.

Joachimus Breidenus, cum Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſ. Comites Holſ. & Schaw. in Sigiſmundum Romanum Imp. compromiſerant, Fidejuſſor interceſsit.

A. C. 1484.

Tranſactio facta eſt inter Nicolaum de Wiſch Nicolai fil. & Conſules Rendesburgenſes de bonis aliquot ad Xenodochia S. Sancti & D. Georgii pertinentibus: inter tranſactores deputati ſunt Henricus & Hartwicus Breidiani D. Joachimi Eq. aur. filii.

A. C. 1500.

Marquardus, inter cæteros Holſatiæ nobiles, bello Dithmarſico interiit.

FAMILIA HESTENICA
eiuſq; Inſignia.

Alipedes Cervos Heſtenica jactat origo,
Inclita quam primis gloria tollit avis.
Vtq; vagas Cervi præcedunt curſibus auras,
Altaq; ſublimi cornua fronte gerunt:
Sic his debentur non ultima præmia laudum,
Lucida quos Stirpis vexit ad aſtra decor.



A.C. 1390.

D. Hartwicus ab Heſte tranſactioni inter omnes Holſ. Storm. & Schaw. Comites, de mutua ſucceſſione factæ, interfuit.

A.C. 1397.

D. Hartwicus ab Heſten Eq. aur. literis diviſio-

nis

nis ditionum inter Albertum & Henricum Holſ. & Schaw. Comites, teſtis adfuit.

A. C. 1401.

D. Hartwicus, vel ut alii volunt, Laurentius ab Heſte Eq. aur. tutor Ducis Sleſvicenſis Gerhardi filiis, cum ille in bello Dithmarſico à Johanne Rege geſto occubuiſſet, conſtitutus apud Bramſtedium ab Henrico Gerhardi fratre, electo Epiſcopo Oſnabruggenſi, quem Gerhardus propter filiorum detrimentum tutorem admittere noluit, peremptus eſt.

A. C. 1402.

D. Hartwicus Heſtenius Eq. aur. literas diviſionum inter Henricum Epiſcopum Oſnabruggenſem, Comitem Holſ. Storm. Schawenburgiiq;, & Eliſabetham Principem Sleſ. & Holſ. natam Brunſvicenſem, obſignavit.

A. C. 1423.

Cum Henricus, Adolphus & Gerhardus Duces Sleſ. Comites Holſ. & Schaw. in Sigiſmundum Romanum Imp. compromiſerant, fidejuſſor inter cæteros interceſsit Laurentius ab Heſten.

A. C. 1500.

Luderus ab Heſte cum filiis Wolffrado atque Bartramo in bello Dithmarſico occubuit.

FAMI-

DE HOLSATIA

FAMILIA QUALIANA EJUSque Inſignia.

QValia terrificûm decorant inſigne ferarum
Stemmata: Setigeræ panſa quid ora ſuis?
Illa ferox unquam viſos ſi ſævit in hoſtes,
Intrepido quorum robore vulnus habet:
Qualis erit duri gens hæc in prælia Martis?
Cujus Apro victrix abſtulit ora manus.

A. C. 1448.



IVerus hujus familiæ literas inter Comites Holſ. & Hamburgenſes confectas obſignavit. A. C. 1500.

Dethlevus à Qualen in bello Dithmarſico occubuit.

A. C. 1561.

Joſua FRIDerico II. Daniæ Regi turmam equitum contra Regem Suecum adduxit: qui deinceps ab Erico Succiæ Rege in Helmſted, cum aliis nobilibus Danis obſeſſus eſt.

Frater ejus Joſias eodem hoc bello Regi Daniæ adfuit: qui poſtea Adminiſtraturæ Steinburgenſis & deniq; Gottorpienſis etjam præfectus Ducisq; Adolphi Conſiliarius fuit.

A. C. 1592.

Otto de Qualen ſenior Præfecturam Tunderenſem eſt moderatus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA WONSFLETICA ejuſq; Inſignia.

Arces nobilibus flectuntur claraq; terræ
Oppida, velivolas dirigit Vrſa rates:
VVonsfletæ proprias hoc eſt quod & æmula gentis
In clypeo ſedes gaudet habere ſuas.
Mænalos antè vagis ſpernentur ſidera nautis,
Vſus quàm vitæ nullus equeſtris erit.



HÆc familia quamvis auguſta ſatis atq; nobili olim fuerit: pauci tamen hoc tempore ejus nepotes reperiuntur.

A.C. 1592.

Woldemarus ultima maſculæ ſtirpis proles in hac ſuperſtes fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA RATLOVIANA EJUSque Inſignia.

TE nec honore parem præclari ſanguinis ortus,
Ratlovii generis ſtirps animoſa, negant:
Nam reliquas auſis gentes illuſtribus æquas,
Virtutisq́ mori te monumenta vetant.
Forma quid hæc clypei ſimplex? fuit ipſa vetuſtas
Simplex: eſt etjam ſimplicitatis honor.

A. C. 1392.



NIcolaus Comes Holſ. & Schaw. atq; Gerhardus Dux Sleſ. dederunt civitati Oldenburgæ Jus Lubecenſe poteſtatemq́; poſt Michaëlē nundinas celebrandi, teſtis nominatur Nicolaus Ratlovius.

A.C. 1417.

Henricus Ratlovius literas Comitum Holſatię Hamburgenſiumq́; obſignavit.

A. C. 1418.

Henningus Ratlovius fuit Comitum Holſat. Conſiliarius.

A.C. 1500.

Emekinus Dominus in Voderkamp, atq; Siverdus Dominus in Lenſan cum aliis ex hac familia 2. in bello Dithmarſico à Johanne Daniæ Rege geſto, periêre.

FAMI-

FAMILIA WENSINIANA, ejuſq; Inſignia.

ISta quid hic bifido liventia ſpicula ferro?
Armenius verſis quæ Scytha mittit equis?
Fortibus hæc meruit bellandi deditus auſis
Primus Vvenſinæ nobilitatis avus:
Cujus adhuc, longos ut gloria reſtet in annos,
In clypeo (ceu ſit pigna cienda) volant.



EX hac familia nobiles præfuerunt judicio quod in his locis olim ab incolis eſt celebratum, ut ex literis vetuſtis hac de gente colligi poteſt.

A. C. 1324.

Dethlevus & Bartholdus Wenſiniani adfuerũt Ger

hardo Holſ. & Storm. Comiti in eo Comitatu, qui ipſi à Cathedrali Eccleſia Hamburg. uſq; ad Lubecenſis ſummam aram cum 24. nobilibus nudis pedibus fuit injunctus.

A.C. 1332.

Dethlevus Wenſinianus miles fundavit beneficium in Monaſterio Segebergenſi, cui 8. manſos, in pago Niengöritz, contulit.

A. C. 1402.

Ludekinus Wenſinianus diviſionem inter Henricum Epiſcopum Oſnabruggenſem, Comitem Holſ. Storm. Schawenburgiiq;, & Eliſabetham Principem Sleſ. atq; Holſ. natam Brunſ. obſignavit.

A. C. 1500.

Nicolaus in Dithmarſico bello interiit.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA DAMMIANA EJUSque Inſignia.

Eſtq́ genus præſens quod ab aggere nuncupat ætas,
Et ratio tanti nominis eſſe poteſt:
Illius alatis inſignia piſcibus auxit,
A quo prima ſuæ manat origo domus.
Conveniunt raris veloces piſcibus alæ,
Rarus ineſt genti nobilitatis honor.



VIxit in hac familia noſtra memoria BARTramus à Dam, Conſiliarius FRIDerici II. Regis Daniæ

A.C.1470.

Fœdus Segebergæ, inter Chriſtianum I. Daniæ, Sueciæ & Norwegiæ Regem Epiſcopos Lubecenſem atq; Sleſvicenſem, nec non proceres Holſatiæ & civitates factum eſt: literis confœderationis ex hac familia ſubſcripſit Dethlevus à Damme.

A.C. 1592.

Emekinus Dominus in Scheſted Cœnobii Pretzenſis Præfectus fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA TINEA EJUSQUE Inſignia.

Meq́; viris præſens illuſtribus inſerit ætas,
Cimbrica quos ſummis laudibus ora tulit.
Hinc mea, per varios exercita, fama, labores
Præmia Marte tulit præmia parta toga.
Fortia ſi generis quæras inſignia: docti
Sedula ſculptoris tradidit illa manus.



NIcolaus de Tinen Erici Regis Daniæ & Ducis Pomeraniæ caſtrum quoddam, parva Tundern nominatum, fortiter defendit: vi tamen atq; armis inde tandem ejectus eſt.

A.C. 1469.

Factum eſt fœdus nobilium Holſatorum adverſus vicinas civitates, & quoſlibet alios contra jus & fas vim ipſis intentantes: cujus confœderationis literis ſubſcripſit Dethlevus de Tinen.

A.C. 1500.

Otto de Tinen in bello Dithmarſico à Johanne Rege Daniæ geſto occubuit.

FALI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CLASSIS. II.

FAMILIA HAGENICA EJUSque Iſignia.

FActa nec Hagenæ deſunt ingentia ſtirpi,
Sive toga ſpectes ſive patrata manu.
Invida nec reliquas condunt oblivia laudes,
Ipſa quibus neſcit fama decusq; mori.
Altivagis laudum plumæ genus evehit alis,
Tela ferox Martis ferrea robur habent.



HOneſta ſatis & nobilis Hagenica familia eſt. Ex hac ortum trahens Nicolaus, Dominus quondam in Nubel, bello Dithmarſico interiit.

A. C. 1590.

Henningus ab Hagen Dominus in Nubel Philippi Ducis Holſ. Conſiliarius Præfecturam in Lumenkloſter per aliquot annos ndminiſtravit.

FA-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA HOLKIANA EJUSque Inſignia.

Holkia belligeri decorant vexilla Gradivi
Stemmata: conveniunt fortibus illa viris:
Quorum fulmineas ſolertia ducere turmas
Novit, & ambiguas Martis adire vices.
Ardua quid vacuas turris quæ ſurgit in auras?
In clypeis fortes fortia ſigna decent.



EX meridionali Jutia ſive Sleſvicenſi Ducatu Holkiana hæc familia eſt orta, poſſeſſionesq; ſuas in Alſena Provincia habuit.

Henricus Holke ſupremus Friderici I. Daniæ Regis Secretarius: cujus in locum jam Chriſtianus filius apud Chriſtianum IIII. ſucceſsit.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CLASSIS II.

FAMILIA PLESSENA EJUSque Inſignia.

PArva ſit in noſtris quamvis gens Pleſsea terris,
Laus tamen exiguæ maxima gentis erit:
Sed neq; facta patrum, nec magnæ ſtirpis origo
Nobilitant: virtus nobilis una manet,
Lympha quid in clypeo? quid cornua? robora tollũt
Cornua: flumineis eſt ſuus uſus aquis.



VEtus & hæc familia eſt, & ſatis ampla quondam fuit: ſed nunc pauci ſunt ſuperſtites, qui familiæ hujus dignitatem & nomen tuantur.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA GADENDORPICA
ejuſq; Inſignie.

Nec celebres alti deſunt mihi ſanguinis ortus,
Seu videas armis edita, ſive toga.
Ipſa meas poſſent inſignia dicere laudes.
Fama nec aurito prodiga teſte caret:
Noſtra ſed (heu) veterum cum non ſint facta pa-
Ipſa mei teſtis muneris eſſe velim. (rentum



FOrtes ac animoſos hæc familia Gadendorpica produxit viros.

A.C. 1386.

Dethlevus Gadendorpius controverſias cum Lubecenſibus habens, Capitaneum eorum Heino

nem

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

nem Scherffenberg in aperto campo interfecit, & deinde etjam advocatum Oppidi Mollenſis alioſque quam plurimos, qui inimici ejus fuerant, fortiter proſtravit.

A. C. 1387.

Idem Dethlevus Gadendorpius conjuratione quadam cum aliis quibuſdam nobilibus Holſatis, adverſus cives Lubecenſes, conſpiravit, ut ſenatores interficerent, urbemq; hac ratione ſpoliarent. Quod ubi per Conſulis filium innotuit, qui caput proditionis fuerant decollati, rotæq; ſupplicio à ſenatoribus affecti ſunt: Inter quos fuerunt Arnoldus Finninge, in cujus ædibus nefanda hæc conſilia agitata ſunt: Item Johannes Kalefeldt & Hieronymus de Minda, quorum unus ante mortem in foro totam ſeriem proditionis & ejus rei conſcios populo enarravit.

A. C. 1397.

Godtricus Gadendorpius literis diviſionis ditionum factis inter Albertum & Henricum Holſatiæ & Schawenburgii Comites, teſtis deſinatus fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA WITTORPIANA ejuſq; Inſignia.

ET te VVittorpi jam florens ſanguinis ordo,
Eximios inter gloria tollit avos.
Conſcia quos altè famæ ſuper æthera virtus
Extulit, & toto non ſinit orbe mori.
Quodq; genus noſtro factis illuſtribus auges
Tempora, ſint laudis tot monumenta tuæ.



EX hac familia nobiles munere ſtabularii plerũq; functi ſunt apud Adolphum Ducem Sleſ. ultimũ ex Schawenburgenſium Comitum familia: ita & apud Chriſtianum I Daniȩ Regem, in cujus officii ſui quaſi teſtimoniũ, quotannis aliquot equæ ad propagationem idöneȩ ipſis ad hodiernum diem in ſylvis Segebergenſibus aluntur.

A. C. 1582.

Dethlevus Wittorpius in obſidione Plotzcovia ſtrenuè Signiferi vice fungens, crebris ex hoſtili munitione lapillis ictus, in lecto poſtea expiravit.

A. C. 1591.

Paulus Wittorpius cum Johanne Friderico Duce Holſ. ad Landgrafium Gulielmum profectus, aulæ ejus Magiſter fuit.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA HOEKENA
ejuſq; Inſignia.

VT prior eximiis ætas effloruit auſis,
Nec mos in clypeis ſanguinis unus erat:
Sic quoq; pro meritis quæ contulit æqua vetuſtas,
Hæc gens Hædinæ cornua frontis habet.
Ergò decor veſtræ ſalvus ſit ſtirpis & hædus,
Donec amet ſimus frondea rura caper.



A.C.1390.

D.Didericus abHökē Eq.aur tranſactioni inter omnes Holſ.Storm.&Schaw.Comites,qua de mutua ſucceſsione pactum eſt, interfuit.

A.C.1392.

Theodoricus teſtis privilegiorum fuit, quæ Comites Holſ.acSchaw.Nicolaus atq; Gerhardus civitati Oldenburgēſi de nundinis celebrandis dederunt, à quibus etjam Jus Lubecenſe ipſis datū eſt.

A.C. 1397.

Theodoricus literis diviſionis ditionum, factis inter Albertum & Henricum Holſ. & Schaw. Comites, teſtis fuit.

A.C. 1566.

Mauritius ab Höken D. Johannis Ducis Sleſvic. atq; Holſ. ſenioris Mareſcalus Haderſlebiæ fuit.

FAMILIA OTTENIA eiuſq; Inſig.

ISta Machaonica ſemper gens floruit arte,
Et tulit ingenio præmia digna ſuo:
Maximus in ſummi decus Æmilianus honoris
Cæſarea clypeos gentibus auxit ope.
Sic decus Aönidum fulgens ſtudiiq; labores
Eximiis auctos laudibus eſſe decet.



Fllit hæc familia celebris: protulit enim aliquot viros Medicos doctos ac inſignes. Matthæus fuit Friderici I. Daniæ Regis Archiater, & in maxima apud illum gratia habitus. Hic quondã prædium Apenſtorff prope Sleſvigam habuit: cui 4 filii Michaël, Matthæus, Galenus atq; Ptolomæus fuére. Horum Michaël ex conjugio felici & honeſto Matthæum juniorem genuit, qui omni doctrinarũ linguarumq; aliquot præcipuarum cognitione imbutus magna cum laude à Secretis & Conſiliis eſt Reverendiſs. atq; illuſtriſs. Principi ac Domino Dn. Alberto ſacræ Romanæ Eccleſiæ Cardinali, Archiduci Auſtriæ: cum ante hac dictum Albertum & Wenceſlaum fratres Maximilianus II. Rom. Imperator ejus curę atq; diſciplinæ commiſiſſet, ejuſq; inſignia duobus campis, ut ex hoc ſchemate patet, auxiſſet.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CLASSIS II.

FAMILIA HOJERENSIS,
ejuſq; Inſignia.

FAllor? an Hojeræ ſunt hæc inſignia gentis?
Laudibus hæc patrias auxit origo domos:
Hinc generis culti rigido ſine crimine mores,
Et ſolita majus nobilitate decus.
In ſeros, Muſæ, tranſmittite facta nepotes,
Ut longi nequeant hæc abolere dies.



HAbet hæc familia Caſparum Hojerum Præfectum Eiderſtedenſem, Conſiliarium quondam Adolphi Ducis Holſ. nunc autem Johannis Adolphi Archiep. Bremenſis & Lubec. Holſ. Ducis: à quo A. C. 1590. miſſus Hafniam, feudum ejus nomine à Chriſtiano IIII. de Ducatu Sleſ. ſuſcepit. Eſt enim ut doctrina & ſtudiis excultiſsimus, ita etjam conſilio atq; prudentia celeberrimus.

FAMI-

DE HOLSATIA
FAMILIA UKENA
ejuſque Inſignia.

FOrtè nec Ucenæ fuit infima gloria gentis,
Cujus adhuc laudes tempora noſtra vident.
Signa per æratas quod habent volitantia turmas:
Gens ea pro meritis nam tulit illa ſuis.
Sic famam (vitæ teſtem) Martiſq; labores
Signis ornatos convenit eſſe ſuis.



A.C. 1339.

Petrus Uke literis tranſactionum inter Regem Daniæ Woldemarum & Gerhardum Holſ. & Schaw. Comitem teſtis adfuit.

A.C. 1580.

Paulus Uke Præfectus Sunderburgenſis, Ducis Johannis nomine Ducatum Sleſ. à Chriſtiano IIII. Rege Daniæ in feudum ſuſcepit.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA MOTENA ET MAgnuſſena earumq; Inſignia.





MOTENA.

ILla triplex valido debetur lancea Marti,
Partaq; victrici tela coruſca manu.
Nunc ea Môtenæ ſtirpis generoſa vetuſtas
Fœderis in ſpolium, Marte favente, tulit.
Inclita, ſere nepos, ſerves veſtigia facti,
Stirpis ne pereant hæc monumenta tuæ.

MAGNVSSENA.

PArta fuit rigidis olim victoria telis,
Cum facienda trucis prælia Martis erant.
Machina quod nullas torquebat ahenea glandes:
Ars hæc à Monachis excogitata fuit.
Claros ergò meo duxi quod ab hoſte triumphos,
In ſpolium clypeis ſunt data tela meis.

FAMILIA ROSENCRANTZIA ac IVENSENA earumq; Inſig.

COgnita ſunt altis etjam Roſcrantzia Cimbris,
Ac Ivenſenæ, ſtemmata priſca, domus.
In clypeis duplices expandunt ora Leones,
Eſtq; decens pulchris texta Corona Roſis.
Inſtar uterq; roſæ floret virtutibus ortus,
Deſignat geminus grandia facta Leo.



A.C. 1576.

INter FRIDericum II. Daniæ Regem & Johannem ſeniörem Holſatiæ Ducem de finibus aliquot locorum controverſia intercidit, ad quam decidendam 8. ab utroque deſtinati ſunt: inter quos à partibus regiis fuit Georgius Roſencrantzius, Dominus in Roſenholm.

A.C. 1581.

Georgius Roſencrantzius in Roſenholm FRIDerico II. Daniæ Regi, cum inter ipſum atq; Adolphum Holſ. Ducem Flensburgi de hæreditate Johannis ſenioris tranſigeretur, adfuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIÆ KERCKBERGIANA & STOVENA earumq; Inſig.





KERCKBERGIANA.

Talia Kerckbergæ data ſunt inſignia genti,
Hæc etjam, laudem quo mereantur, habent:
Optima ſed generis tollit præconia virtus,
Quævis & eſt vitæ conſcia fama ſuæ,
Iam ſatis: artificis pingens, ſi cætera quæras,
Qua decuit clypeis contulit artê manus.


STOVENA.

ARctois inter quas Cimbria jactat in oris,
Nobilis eſt etjam gens Stova nacta locum.
Illius applaudens inſignia conficit ales,
Qui fera Pygmæis gentibus arma movet.
Hæc ſi non reliquas auſis illuſtribus æquat,
Non tamen emerita nomina laude ca ent.

FAMILIA CASBROCHIA ET MUNkiana earumq́; Inſig.

ÆQuat Caſbrogios paribus ſtirps Munkia ſignis,
Una quod hic geminis te Roſa juncta docet.
Sicut &. urbanis quas Si ius uſsit in hortis,
Verna Roſas triplici fœnore reddit humus:
Sic homini florem (poſt fata nov ſima) vitæ
Reſtituent triplicis numina trina Roſæ.





In Casbrochiana familia ante aliquot tempora Epiſcopus Oſnabruggenſis extitit.

FAMILIA RITZEROVIANA CUJUS Inſig. exculpta non habuimus.

CImbrica Ritzovios tellus quoq; protulit ortus,
Hi celebres olim munere Martis erant.
In clypeo rutilis incanduit area Parmis,
Eſt color hic Martis convenit ille togæ.
Maſcula de quorum non reſtat ſanguine proles,
Reſtat in æternos fama relicta dies.

FAMI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA WOGIA, HACKIA, ET HERbergiana earumq́; Inſig.

HÆc quoq; magnanimos tollunt inſignia Cimbros,
Perpetua quorum nomina laude vigent:
Alipedes agitant Cervos in retia Vvogi:
Hackiæ truncati Stirps habet ora lupi:
Nuncius Herbergis auroræ gentibus ales
Criſtato niveum provocat ore diem.



Ex Wogiana familia Enualdus fuit cubicularius, per aliquot annos, D. Iohannis Senioris, hæredis Norwegiæ, Ducis Sleſuicenſis & Holſatiæ: à quo prædio quodam donatus eſt. Poſtea præfectus fuit Friderici II. Regis Daniæ in Haderſleben per aliquot annos.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FAMILIA PENSENA ET GRABAVIA carumq; Inſig.

Penſia Grabovia referunt inſignia gentes,
Armeniusq; Leo ſignat utrumq; genus.
Vtraq; clara fuit ſtirps armis, utraq; pace:
Gens ea quo diſtet nomine quæris? habe,
Ornat Penſenos fulgens diadema Leones,
Grabovius ſentit retia dura Leo.





A. C. 1590.

JOhannes Penſius Balthaſari filius & liberalium artium Studioſus, turbis quibuſdam in urbe Chilonęa excitatis vulneribus allquot à civibus acceptis poſt aliquot dies interiit.

FAMILIA LANKENA

ejuſq; Inſignia.

EXhibet egregios Lankeni ſtemmatis ortus,
Ignea cum fulvo ſtella Leone triplex.
Ferre monet duros generoſo pectore caſus,
Indomito vinci neſcius hoſte, Leo:
Quæq; levant rutilæ mentes ad ſidera Stellæ,
Monſtrant quod noſtrum ſit polyteuma polo.



EGidius Monaſterii Borsholmienſis, & Adolphi Ducis Holſatiæ aulæ Præfectus Conſiliariusq; fuit. Hic peculiari quodam morbi genere mortuus eſt, & duos filios Hanſium atq; Egidium in hac familia ſuperſtites reliquit: quorum uterq; liberalitate illuſtriſſimæ Principis Holſatiæ Chriſtinæ eōdem in Monaſterio ad ſtudia aluntur.

FAMI-

FAMILIÆ SIVERSENA ATQVE KOLerana car. Inſig.





SIVERSENA.

VItaRoſæ ſimilis, croceo quæ Solis in ortu
Quas tulit, Occaſu languida ponit, opes.
Ergò nec ambiguæ tutum tibi fidere ſorti,
Nec ſita tam celſo ſit tua fama loco:
Quin fragilis vitæ poßis memor eſſe ruinæ,
Quod te pulchra Roſis Lilia mixta docent.

Habuit Sigfridum Eiderſtedenſis adminiſtraturæ præfectum.

KOLERANA.

INgens nec latuit Kòleræ ſtirpis origo,
Quadrati clypeo ſunt data ſigna Vitri:
Et veluti vitrum dum ſplendet frangitur, atq;
Forma perit minimá, quæ fuit ante, mora
AEtas ſic hominum florentibus occidit annis,
Et genus in terris, fama decuſq;, ruunt.

A. C. 1592.

Balthaſarus Monaſterii Uterſeni prçfecturam adminiſtravit.

FA-

FAMILIA LEVENA ET PAIſena, earumq; Inſignia.





LEVENA.

VT mea magnificis virtus inclaruit auſis,
Parta mihi Lybicæ ſunt ſimulacra feræ.
Ergò Leonini decorat Leo ſanguinis ortus,
(Nempe decent clypeos talia ſigna meos)
Ergò quod emeruit (quia nomina ſæpè videmus
Rebus dicta ſuis) ſtirps mea nomen habet.

PAISENA.

GRandia ſint aliis, vitæ pro munere, ſtirpis
Nomina, ſint Lybici monſtra ferina ſoli:
Cum tamen officii ſit nobilis, acribus armis
Eſſe malis pœnæ præſidioq; bonis,
Me juvat hoſtiles armato pectore turmas
Sternere, cincta fero me juvat enſe manus.

FAMILIÆ PETERSENA, ANDER-SENA & JOHANSENA earumq; Inſignia.

VLtima Cimbriacis reſtant inſignia terris,
Iſta duplex quorum nomina verſus habet:
Marte Peterſenos Jovis armiger extulit ales,
Sidera qui pennis contigit alta ſuis:
Parva ſed in clypeis Anderſia ſtemmata vulpes
Ornat, Janſenas Lilia Trabsq; domos.



EX Sleſvicenſi Ducatu ſive Meridionali Jutia hæ familiæ originem ſuam habent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

††

CUm Hactenus enumeratæ ſint familiæ nobilium Holſatorum, operæ precium, ut nec rem Lectori ingratam, me facturum putavi, ſi, quantum quidẽ ejus rei mihi contigit noticia, ſuccinctum Catalogum ſubnecterem, qui uno intuitu exhiberet numerum ſimul maſculorum, qui ex ſingulis familiis jam ſunt ſuperſtites; ac caſtrorum munitorum, Arcium, Prædiorumq; ad ſingulas familias pertinentium. De quo poſteriore tamen notandum, non comprehendi palatia, quæ Lubecæ, Flensburgi, Chilonii, Itzehoæ, aliisq; in civitatibus familiæ nonnullæ poſsident.

FAMILia RANZoviana habet ſuperſtites maſculos. 116. inter quos ſenior exiſtit Chriſtophorus Ranzovius Dominus de Quernebeck, qui annos natus 89. vir vivida ſenectâ, pedibus ſatis firmis memoria mediocriter tenaci, ſenſibusq; vegetis præditus. Secundum à tanta ætate locum obtinet Domnus Vicarius Regius HENRICus Ranzovius, qui annum jam agit 67. Poſsidet familia hæc Caſtella, Arces ac Prædia, 73.

ALÆFeldii ac Rumorii, qui ſub unà familia continentur maſculi 59. Arces ac Prædia habent plus minus 35. Senior hujus familiæ eſt Georgius Alæfeldius de Lemkulen, qui exceßit 74. ætutis annum.

Reventlovv & VValſtorp, maſculi 7. Arces ac Prædia 6.

Von der VVisch ac Pogvviſch, maſc. 28. Arces ac Prædia, 18.

Seſtede, maſc. 16. Arces ac Præd. 9.

Blome, maſc. 13. Arces ac Prædia 8.

Eamilia Sturen (quod ad maſculos) in his regionibus eſſe deſiit, & bona ejus per matrimonium ad Hanſium Blomium pervenerunt. At in Suecia vivũt nonnulli ex hac familia oriundi, qui ab Erico Rege Sueciæ Comites ſunt (creati.

Bockvvold, maſc. 24. Arc. ac Præd, 11.

Krummendick, maſc. 2. Prædium unum.

Meinſdorf, maſc unus, Præd unum. Ex hac familia prodierunt Meindorffii illi, qui in Marchia degunt, quorum quatuor adhuc vivi, Arces habent 3.

Brocktorff. maſc. 14. Præd. ac Arces. 8.

Breida, maſc. 3. Præd. unum.

Heſten, maſc. 2. Præd. unum.

Qualen, maſc. 4. Prædia 2.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

VVonsflet, maſc. 1. Præd. 1.

Ratlovv maſc. 7. Præd. 2.

VVenſin, maſc. 8. Præd. 1. Ex hac familia unus vivit extra Holſatiam qui 2 arces per matrimonium acquiſivit.

Dam maſc. 2. Præd. 2.

Van Tinen, maſc. 6. arces, 2.

Hagen maſc. 3. Prædium unum.

Holck, maſc. 2. vendiderunt Duci Iohanni Prædium in Alſen ſitum, (& emerunt aliud in Dania.

Pleſſen, maſc. 10. Præd. 2.

Gadendorp, maſc. 3. vendiderunt hoc anno ſuam poſſeßionem.

VVittorp, maſc. 3. Prædium unum.

Hoeken, maſc. 2. Præd. unum.

Ex familia Ottenia, unus adhuc eſt ſuperſtes, Matthæus, qui degit cum bonis ſuis in Hiſpania, eſtq; à Secretis alberto Auſtriaco Cardinali.

Heveria, maſc. 3. Præd. 3. in Eiderſtadio.

Vkenia, maſc. 2. Præd. 2,

Mœtenia, maſc. 1 Præd. unum.

Magneſſen, maſc. 2. Prædium 1.

Roſenkranzia familia in Dania eſt ſatis ampla ac ſplendida, in qua nonnulli Senatores regni ſunt: Vnus tamen ex eadem prognatus in Ducatu hoc Prædium habet.

Kerckberg, maſc. 1. domicilium habet in civitate.

Stoven, maſculus unus.

Kaſſenbrock maſc. 3. Præd. 1. in Epiſcopatu Oſnabruggenſi.

Moncken, maſc. 1. Prædium unum.

VVojana, maſc. 3. Præd. 1,

Hacken, maſc. unus domicilium habet in civitate.

Harberg, maſc. 2. Præd. 1.

Penſen. maſc. 4. domicilia in civitate habent.

Grabovv, maſc. 1. domicilium habet in civitate.

Lancken, maſc. 3. domicilia habent in civitate.

Siverſen. maſc. 1. qui nuper mortuus, Poßedit Præd. quod ad Ranzovios translatum eſt.

Koler, maſc. 3. dom. in civitate.

Leven, maſc. 1. qui vendidit Gerardo Ranzovio Henrici V. R. fil. Prædium Morſum in Inſula Strand ſitum.

Paiſena maſc. 2. Prædium unum.

Petes(

Peterſen, maſc. 1. Præd. 1.
Anderſen. maſc. 3. Prædia, 2.
Iohanſiana. hac familia in Daniã diſceßit, adhuc enim aliquot Ruſticos (in Holſatia tenet.

Sciendum eſt autem, quod, Ducatib. in tres æquales partes diviſis, duç cedant Holſatię Principib. ut vix tertia relinquatur Nobilitati, excepta inſuper Dithmarſia ac civitatib. quarum nonnullæ proprios habẽt pagos. Unde facile conſtabit ei, qui rem æqua lance pendere voluerit, quam cultus ſit, ac multis arcibus prædiisq; ornatus horum Ducatuum tractus. Ut autẽ de commodis quoq; iſtius Lector æſtimare poſsit, pauca de iis ſubjungam. Hi ipſi Ducatus varias frumẽtorum ſpecies progignunt, Triticũ, Hordeum, Siliginem, Avenam, Panicum, & reliqua legumina: Ac tanto quidem proventu, ut in alias Provincias annuatim annona hinc tranſmittatur. Piſcibus tam marinis quã fluvialib. abundant, ita ut qui loca prope flumina Mâre occidentale illabentia incolunt, ſingulis menſibus varii generis piſcib. qui propter ſaporis præſtantiam in deliciis habentur, frui affatim queant. Præterea in locis Ducatuum mediterraneis ſunt nonnullæ piſcinę & ſtagua, quib. incolę per intervallum aliquot annorũ alternis vicib. nunc ad ſationes, nunc ad piſcationes utuntur. Magnum etjam lucrum accedit ex venditione lignorum, ſaginationib. porcorum & paſcuis. Nam reperiũtur Nobiles qui uno anno ex ſaginatione porcorum ſummã 4000. Thalerorum confecerunt: Cum tamen præcipuas ſilvas Principes obtineant, in quarũ nonnullis 20000. porcorũ ſaginari ſimul poſſũt. Sic quoq; ſingulis annis non exiguus numerus equorum boum, ac porcorũ ex his oris in alias Provincias adjacentes divenditur: Ut interim taceam, quantum emo-

lumen-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

[illegible]cati, ex ovib. hædis, lanâ, nec non mellis copiâ ad ibos redundet: Extant item in Holſat. multa varii generis Molendina aquatica, quorum quædam ad contuſionem frugum, legumiuum ac corticum; quædam ad diſſectionem lignorū; nonnulla autem ad æris, Papyri, pulverisq́; pyrii confectionē extructa ſunt. Preterea Salinas ac Calcifodinas quę multis in locis ibidē habentur. Et cum in his Ducatib. maximæ ſint ſilvę, ſaltus ac nemora. abundant ea quoq; variis ac multiplicib. feris, quarum venatione ac captura Principes pariter ac nobiles delectātur, ut ſunt, Capreoli, Apri, Cervi, Lepores, Vulpes Lupi, etc. Avium quoq; nulla eſt penuria, quas bombardis, aliisq́; inſtrumentis incolæ perſequuntur ac capiunt, ut ſunt, Grues, Cygni, Anſeres, anatesq́; ſilveſtres & paluſtres &c. Cum autē ſolum Holſaticū vini minime ferax ſit, aliunde id variis ex locis per mare advehitur, ſicut & Aromata, quę nihilominus propter copiam & oportunitatem loci precio non adeò magno comparari poſſunt. Vini loco & Cereviſia bona plurimis locis coquitur, diverſi tamē ſaporis, coloris, ac virtutis, inter quas Hamburgenſis meritò palmam obtinet. Ex his conſtat, hunc Ducatum, licet inter reliquos Germanię tractus ſit ultimus, ubertate tamen ſoli, fertilitate agrorum, hominum numeroſa multitudine, ac mercaturæ negociationisq; exercitio, reliquis minimè inferiorē eſſe: Preſertim cum ex eo ipſo in Scotiam, Angliam, Belgium, Galliam, Hiſpaniam, Italiam, Deindè & in Iſlandiam, Norwegiam, Daniam, Sueciam, Pomeraniam, Boruſſiam, Lithvaniā & Ruſsiam navigatio inſtitui ac mercatura ibidem exerceri poſsit: Ut omnibus liquet id fieri maximè ab Hamburgenſ. Lubecenſ. & ceteris.

TER-

TERTIA CLASSIS.

QVÆ INFERIOREM STATUM ejuſq; ordines continet.

INferior regionum Holſaticarum Status duos potiſsimum ordines complectitur, civium videlicet & Ruſticorum: quorum tractationes hac in claſſe ſuſcepimus.

PRIMVS III. CLASSIS ORDO de civibus.

OMnes ferè in his Ducatibus civitates, ex ſingulari Principum ſuorum gratia, certis quibuſdam privilegiis donatæ ſunt, jureq; vel Romano vel Lubecenſi utuntur.

Civibus à ſententiis, quas Senatus tulit, ad 4. Civitates Kilonium, Rendesburgum, Itzehoam Oldeſloamq;, judicio peculiari appellationis exercendo deſtinatas, provocare licet. De quibus verò ipſæ decidere nequeunt certis conditionibus ad Principes & Senatores Holſatiæ, nonnunquam etjam ad Cameram Imperialem appellatio devolvitur.

Hujus ordinis Civitates atq; Oppida in his Ducatibus 31. numerantur: quarum deſcriptiones & nomina unà cum inſignibus, infrà ordine poſuimus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

LUBECÆ DESCRIPTIO ejuſq; Inſignia.

ECquibus exiguo te carmine laudibus æquem,
Auſpiciis felix, clara Lubeca, tuis?
Alitis Imperii cujus ſunt fortibus armis
Vrbis ab hoſtili mœnia tuta metu.
Tu, Comes Holſatis quia ſtruxit Adolphus in oris,
Principium noſtris Vrbibus ipſa dabis.



CIvitas Imperialis Lubeca eſt, quæ ideo hic annumeratur, quod ab Adolpho II. Comite Holſat. in finib. Wagriæ, inter Travenam & Wakeniſſam flumina de novo ædificata ſit.

HAM-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

HAMBURGÆ DESCRIPTIO
ejuſq; Inſignia.

HInc opibus nimiũ florens Hamburga ſecundis
Pars etjam noſtri magna laboris eris:
Cujus facta polis, & laudes jungit olympo
Civica majorum turba verenda patrum.
Jamq; Dei nomen tibi ſit fortiſſima turris,
Sic erit Vrticæ vivida fama tuæ.



HÆc Civitas certis privilegiis & conditionibus recognoſcit Principes Holſatiæ & in finibus Stormariæ, inter Albim & Alſteram flumina, extructa eſt.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

FLENSBURGÆ & SLESVIGÆ DEſcriptiones earumq; Inſignia.





FLENSBURGA.

Vrbs ego Mænalea dicor Flensburga ſub Arcto,
Imperioq; tenent Danica Sceptra ſuo.
MaXima pars noſtris de civibus æquore vaſto
Mutandis varias mercibus auget opes.
In clypeo validæ ſtant propugnacula turris,
Armeniæ ſervant monſtra gemella feræ.

SLESVIGA.

Est Sleſviga, velut quod parva ſit Inſula, dicta,
Quam vitreis circum Sleja claudit aquis.
Sleja Pieridum Muſis gratiſsimus amnis,
Nobile Gottorpæ præſidiumq; domus.
Aſtra quid in clypeo? quid Turris? ad æthera mentes
Aſtra trahunt, Martis robora Turris habet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

HUSENÆ & HADERSLEBIÆ DEſcriptiones earumq; Inſignia.





HUSENA.

INter Cimbriacas Huſenia civibus urbes
Indigenis largas parva miniſtrat opes,
Hic ubi Dithmarſos diſterminat Eidara fines,
Et plenis tellus meſſibus ornat agros.
In ſigno duplices expandunt ſæva Leones
Ora: decent fortes talia ſigna viros.

HADERSLEBIA.

NON *procul à noſtris urbs Haderslebia terris,*
Priſco rixarum nomine dicta, jacet.
Clara Ducis quondam ſedes fuit illa Iohannis,
Nunc Daniæ Reges ſub ditione tenent:
Illius in clypei pulchris inſignibus extat,
Structus ad æquoreas, Pons operoſus, aquas.

SUN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

SUNDERBURGÆ & NICOPIÆ deſcriptiones earumq; Inſignia.





SUNDERBURGA.

HÆc olim patrio ceſsit de jure Iohanni,
Cui Daniæ frater Rex Fridericus erat.
Incluſitq; cavo Chriſternum carcere Regem
Quod fuit in regni ſeditione caput.
Navigium vaſto cives alit æquore, Turris
Hoc docet, in mediis quam Scapha portat aquis

NICOPIA.

NIcopiæ plenas deponit navita merces,
Et propria gaudet commoditate loci.
Inde fit ut ſempet civis navalia tractet
Munera · proventu nec caret ille ſuo.
Conſtituunt fortes inſignia clara Leones,
Vnus & eſt geminis junctus in arce Leo.

TUN-

TUNDERÆ & RENDESBURGÆ DEſcriptiones earumq; Inſignia.





TUNDERA.

TVndera longinquos inviſit merce Britannos,
Heſperiumq́; ſecat, navibus apta fretum.
Illic flava Ceres denſis quoq; turget ariſtis,
Irriguiſq́; virent humida prata locis.
Illius in clypeis expandit navita plenis
Puppibus æquoreo grandia vela freto.


RENDESBURGA.

NEc tua præ reliquis, laus eſt obſcura, Reroldus
In ſterili quamvis mœnia ſtuxit humo:
Hinc et honeſta tibi vita ſunt munera, teq́;
Dithmariæ largis frugibus ora beat,
Sicut & hæc triplices ornant inſignia turres,
Sic tua ſit triplici numine fulta ſalus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

BREIDTSTEDIÆ & ITZEHOÆ DEſcriptiones earumq; Inſignia.





BREIDTSTEDIA.

ORdiar unde tui Breidtſtadia nominis ortus?
Fortè quod in riguis eſt ſita terra locis.
Hinc tibi larga ſatis venit indulgentia rerum,
Et vitæ quicquid poſtulat uſus habes.
Pinguia cumq; cavis ſint jugera diſsita foſsis,
Effigiem parvi plebs tua pontis amat.


ITZEHOA.

QVam rear Albiacæ madidis in finibus oræ
Laudibus eſſe tuis Itzehoëa parem?
Ditia nam Crempæ te jugera meſsibus augent,
Eſtq; tuum florens VVilſtria quicquid habet.
Inter quas merito geminis te Turribus effers,
Vrticæq; libens ſigna vetuſta geris

CHI-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CHILONIÆ & OLDESLOÆ DEſcriptiones earumq; Inſignia.





CHILONIA.

ISta quid Vrticæ folio decorata virentis,
Quæ procul æquoreis, Cimba, feritur aquis?
Ardua Chiloniæ fert hæc inſignia, cujus
Inclita perpetua nomina laude vigent:
Nam variis ſummas æquat virtutibus Vrbes,
Qua vix excellens Cimbria majus habet.


OLDESLOA.

PArva ſit in noſtris licet Oldensloja terris,
Attamen exiguus non erit Vrbis honor:
Cum tribus hæc aliis quia judicat Vrbibus, illis
Ex reliquo quæ ſunt acta voluta foro.
Sola notat clypeos candens Vrtica, puſilli
Extant in medio membra tenella viri.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

CREMPÆ & WILSTRIÆ DESCRIPTIONES earumq; Inſignia.





CREMPA.


TE quibus includam numeris? quo carmine laudes
Eloquar (ut par eſt) regia Crempa tuas?
Legibus ac ſtudiis Vrbs parvula floret honeſtis,
Cultaq́; te lætis frugibus arva juvant.
Hinc tua diverſo ſtipantur mœnia quæſtu?
Signaq́; piſcivoræ ſunt ſimulacra feræ.


WILSTRIA.

ANte alias culto quoq; VVilſtria floret agello,
Cui fluvius nomen nobile VVilſtra dedit.
Optimus hanc olim priſcis Comes auxit Adol-
Legibus æternum gaudeat unde nepos. (phus
Ergò paludoſis quod ſint loca condita terris
Iſta, ſub Vrtica piſcis in amne natat.

SEGE-

SEGEBERGÆ & NEOSTADII DEſcriptiones earumq; Inſignia.






SEGEBERGA.

TV quoq; majores excellis laudibus Vrbes,
Esq; decus noſtri præſidiumq; ſoli:
Nam tua præ reliquis, tollunt te culmina, deq;
Ranzovico majus nomine nomen habes,
Ardua belligeri jactat vexilla Gradivi
Arx à præcipiti nomen adepta jugo.

NEOSTADIUM.

ATq; Neoſtadiam florens ſitus extulit Vrbem,
Eſtq; ferax herbis graminibusq; ſolum.
Illa nec ex cultis tantum res auget agellis,
Sed capit æquorei commoda multa freti
Picta quod in ſignis teſtatur Cymba, virentis
Civibus Vrticæ nomine grata ſuis.

ECEREFORDÆ & HEILIGEHAVÆ Deſcriptiones earumq; Inſignia.





ECEREFORDA.

EST alias inter, quas Cimbria condidit, Vrbes
Navigio felix Ecereforda ſuo.
Hinc capit urbanæ mediocria commoda vitæ:
Flamma licet partas non ſemel hauſit opes.
Sunt triplices Vrbis Turres inſigne, Sciurus
Iungitur · unde vetus plebs ea nomen habet.

HEILIGENHAVA.

DIxit terra ſacrũ quondã me Cimbrica portũ,
Commoditas ratio nominis eſtq; loci:
Namq; ferax cultis quod Dania mittit ab oris
Ad mea per refluas mœnia fertur aquas.
Extulit in ſigno geminas domus ardua Parmas,
Quam ſuper Vrticæ ſunt data ſigna mihi,

OLDEN-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

DE HOLSATIA

OLDENBURGÆ & PLOENÆ DEſcriptiones earumq; Inſignia.





OLDENBURGA.

Fertilis Oldtburgam noſtris produxit in agris
VVagria, nec facies eſt inamœna loci,
Hanc ſolitæ præter civilia munera vitæ
Sedulus agrorum, quos colit, uſus alit.
Ardua conſtituit fulgens inſignia Turris,
Vrticæq; ſuprà ſigna virentis habet.

PLOENA.

Regia quam quondã tenuerunt Sceptra, Iohannis
Imperio nunc eſt ſubdita Plona Ducis.
Illa quater ſenſit rutilis incendia flammis,
Bellaq; non æquo Marte nefanda tulit
Vrticæ gaudet folio, præruptaq; claris
In clypeis molli Turris obitur aqua.

LVT-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

LUTKENBURGÆ & OITINÆ DEſcriptiones earumq́; Inſignia.





LUTKENBURGA.

FOrſan parva meæ quod claudunt mœnia portæ,
 Civis ab exigua nuncupat arce meus.
Non mihi jucundi facilis clementia cœli,
 Iugera nec deſunt fertilis ampla loci:
Ex quibus ingentes extendunt horrea meſſes,
 Arx tenet Vrticæ proxima ſigna meæ.


OITINA.


ARx Oitinenſem commendat Præſulis Vrbam,
 Adolphus primum ſtruxit utramq; Comes.
Hisq; Lubecenſes ejecit finibus hoſtes
 Ranzovius, Dani nomine Regis, eques.
Hic ſeges agricolæ votis reſpondet avari:
 Vrbs licet Vrticæ ſigna virentis amet.

MEL-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

MELDORPIÆ & HEIDÆ DESCRIptiones earumq; Inſignia





MELDORPIA.

INclita Dithmarſæ caput eſt Meldorpia terræ,
In clypeis quod te pulchra theatra docent.
Illius irriguæ ſeſe pars altera terræ
Iungit, arenoſis altera gaudet agris,
Hæc etjam veterum belli monumenta laborum
Servat, & effuſi ſigna cruoris habet.

HEIDA.

ISte quid? horrendi qui transfodit ora Draconis?
Scilicet hunc ſignis contulit Heida ſuis:
Vtq́; viget multis vitæ ſucceſſibus, armis
Sic quoq; victrices poſſet habere manus,
Si non, adverſo belli certamine victa,
Eſſet Cimbriacum juſſa ſubire jugum.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

LUNDENÆ & TONNINGÆ DEſcriptiones earumq; Inſignia.





LUNDENA.

INter Dithmariæ populos Lundena ſuperbit,
Hic, ubi vicinum ſeparat Eidra ſolum.
Ex uſu curvi tamen incola vivit aratri,
Et ſegetes largo fænore reddit ager.
Illius extollit fulgens inſignia Crates,
Armiger huic junctus cernitur eſſe Iovis.

TONNINGA.

NEc tamen illa minus cultus exercet agreſtes,
Quæ ſua de parvo nomina Vaſe tenet:
Amplaq; vicinis ſe pandunt oſtia terris,
Hic ubi Dithmarſo jungitur ora ſolo,
Ex quibus occiduum currit mercator in orbem,
Et ſua marmoreis commoda quærit aquis.

GAR-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

GARDINGÆ & BURGI DESCRIPTIONES earumq́; Inſignia.





GARDINGA.


QVo Gardinga tuas extollam carmine laudes?
Te quoq; cæruleis Eidara ditat aquis.
Paſcua nec pecori deſunt, & arata colonis
Inducta precium falce rependit humus,
Adde pios hominum cœtus moreſq; probatos.
Te quibus hic ſant ſacra theatra vehunt.

BURGUM.

FErtilis in medijs te Fimbria continet undis,
Et cunctas vitæ larga miniſtrat opes:
Inde boni ſlorent cultus habitusq́; locorum,
Edis & egregios Marte togaq́; viros.
Sunt Galeæ, ſunt hoſtiles inſignia Parmæ,
Vrticaq́; virens ſloret in arce decus.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

WEDELÆ DESCRIPTIO
ejuſq; Inſignia.



Ipſe tuas celſis refluus pro mœnibus Albis
Exiguas ambit, VVedela parva, domos:
Hinc cumulant multos tua vectigalia cenſus,
Sulcandisq; tumet portitor Albis aquis.
Grandia belligeri decorant te membra Coloſſi,
Tutaq; ſervitii dant tua colla jugo

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

SECUNDUS III. CLASSIS Ordo de Ruſticis. II.

SEcundus inferioris Status Ordo duo Ruſticorum genera complectitur: quorum alii hæreditaria atq; libera, alii verò conductitia & angaria, vel quibuſcunq; aliis ſervitiis obnoxia bona poſsident.

Illi præterea aut ſcripto jure de controverſiis decidunt: aut propriis ſuis Cauſidicis, ſub dio, de cauſſis illorum, in præſentia præfecti duorumq; aſſeſſorum, agitur. Cumq; in medium prodiêrunt litigantes, diligenter à parte utraq; exploratis rerum momentis, ruſticorum cætus ad deliberandum modumque ſententiæ ſtatuendum exire jubetur. Quibus pro agreſti captu conſideratis, ad conſeſſum redeũt, & quicquid vel exemplis, vel craſsis naturæ illorum rationibus, juſtum ipſis eſſe videtur, per conſtitutum quendam Præconem litigatoribus in medium pronunciant. Qui in utroq; genere judicato acquieſcere nolunt, illis debito modo ad Senatores Principum, vel commune forum Holſaticum, nonnunquam etjam ad Cameram Imperialem, pro rerum de quibus litigatur dignitate, provocare liberum eſt.

Hic Ordo, præter reliquas horum Ducatuum Colonias, ſequentes etjam Provincias atq; Inſulas continet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

ANGLIA EX qua Angli orti.

STAPELHOLMUM.





ANGLIA.

ILla Caledoneos ſubjecit claſſe Britannos
Olim: cujus adhuc gens ea nomen habet.
Vicinamq; ſuis Sleſvigam terminat oris:
Sleja piſcoſis cærulus ambit aquis.
Excellens animi robur, belliq; laborem,
Fortibus in clypeis, monſtrat uterq; Leo

STAPELHOLMUM.

Parva meæ quondam genti dedit Inſula nomen,
Eidara quà refluo prænatat amne ſolum,
Heſperiæq; meis gaudebant mercibus oræ,
Incola magnificas hinc cumulabat opes:
Nunc pecorum ſolo mihi comparo munere quæſtum,
Grataq;, poſthabitis mercibus, arva colo.

EIDER-

CLASSIS III

EIDERSTADIUM QUÆ ET PHRISIAM minorem continet.






Gens mea Danorum Regem proſtravit Abelũ,
Et tulit excuſſo libera colla jugo.
Oppida non deſunt, non plurima templa, nec arces,
Multq́; fœcundi jugera læta ſoli.
Hinc mea ſors aliqua tamẽ æquore parte moratur:
Teſtis in undiſono Navis onuſta freto.


INSV-

DE HOLSATIA

INSVLÆ.

FIMBRIA & STRANDT INSULA, earumq; Inſignia.





FIMBRIA.

NOmine parva meo doctis ego Cimbria dicor,
Cultaq; me lætis frugibus arva beant.
Martigenis de me Cimbris victoria ceſsit
Non ſemel, & Dano Marte cruenta fui.
Victrix in feudum donec me Dania Cimbris
Contulit: eſt clypeo parta Corona meo.


STRANDT INSULA.


NE bona ſecuræ deſint mihi commoda vitæ,
Me pecorum ditat cura, boumq; labor.
Pro quibus, æternos ne gratia deſit in annos,
In clypeis Chriſtum, qui regit iſta, colo.

ALSE-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

INSULÆ ALSENÆ & ARR DEſcriptiones earumq; Inſignia.





ALSENA.

INſula Sleſvigæ pars eſt Alſena Ducatus,
Anglia Flensburgi ſeparat arva ſinu.
Fructiferis paſſim tellus veſtitur ariſtis,
Ac denſis circum ſaltibus ora viret.
Continet hæc arces, ac oppida pulchra, Johannes
Dux ubi jam ſedes gaudet habere ſuas.

ARR.

SAt mihi, ſi tantum vitæ quæ poſtulat uſus
Fertilis agreſti munere reddat ager.

INSULÆ BUSSENA & TERRA S.
earumq; Inſignia.





BUSSENA

OCeanus refluis Buſenam proluit undis,
Quam teres obducta præterit agger humo.
Incola vel grato pecorum ſibi munere cenſus
Colligit, aut lætos vomere ſcindit agros.
Hinc alii varios agitant in retia piſces,
Atq; ſuas augent hac ratione domos.

TERRA S.


SCilicet à ſacris hæc dicitur Inſula Nymphis,
Apta quibus portum forſitan ora dedit.
Piratisq; fuit Statio gratiſſima quondam:
Nunc pecus in ſummis educat illa jugis.

INSV-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

INSULÆ SUNDEWIDT & SILTA, earumq; Inſignia.





SUNDEWIDT.


NOn procul Alſenis tellus mea diſtat ab oris,
Grata fluit circum Balthicus arva ſinus.
Plurima, mortalis ratio quæ poſcit, amœno
Poßidet ingremio terra benigna meo.

SILTA.

SIlta nec obſcuris effert ſe laudibus, uſum
Seu pecorum ſpectes jugera ſive ſoli.
Singula marmorei referam quid commoda ponti?
Quid data ſquamigero nomina cuncta gregi?
Accedunt mores in ſimplicitate probati,
Et quæ jura vigent gentibus æqua ſuis.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

INSULÆ BASSOEA & ARROEA. earumq; Inſignia.





BASSOEA.

Pars quoq; Sleſvigæ brevis eſt Baſſœa Ducatus,
Hanc Apenradii continet unda freti.
Innumeros edit lepores, piſceſq; marinos,
Frugibus eſt felix, arboribusq; ferax.

AROEA.

Divitias aliæ quærant: me munera vitæ
Simplicis, et glebis pinguibus arva juvant.

INSV-

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

INSULA SCHWANZENA & KEKENITZA, earumq; Inſignia.



SCHWANTZENA.

NOn tumidis ſaltē pingues me meſſibus agri;
Blandaq; fœcundo gramine prata beant.
Eſt etjam magnæ pecorum cuſtodia curæ,
Et mihi diverſis piſcibus unda tumet.

KEKENITZA PENINS.

INſula parva meis Kekenitza dicor alumnis
Exigui ſed ſunt commoda magna loci.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

SEQUUNTUR JAM NOMINA IPSORUM, QUI DIVERSO TEMPORE confœderationes, inter Chriſtianum I. Daniæ Regem, Proceres Holſ. atq; Civitates ictas, ſubſcripſerunt.

ANNO CHRISTI 1469.

A. C. 1469. FActum eſt fœdus nobilium Holſatorum adverſus vicinas civitates, & quoſlibet alios contra jus atq; fas vim ipſis intentantes: cujus confœderationis literis ex ſequentibus familiis Nobiles ſubſcripſerunt.

Ex Ranzoviana 25. Nicolaus, Cajus, Hanſius, Henricus & Hartwicus D. Schackonis Eq. aur. filii. Petrus, Paulus & Henricus Breidekini filii. Schako, Marquardus & Nicolaus Henningi filii. Schacko Wolffgangi filius. Benedictus, Henricus & Joachimus Nicolai filii. Schacko, Nicolaus Henrici & Nicolaus Marquardi filii. Hartwicus & Otto Woldemari filii. Goſchius & Wolffgangus Wolfſgangi filii. Schacko Caji filius. Goſchius Goſchii filius.

Ex Alæfeldia 13. Goſchius & Nicolaus Benedicti filii. Nicolaus, Henricus, Benedictus, Dethlevus Johannis filii. Petrus & Henningus Benedicti filii. Nicolaus, Henricus, Henningus & Marquardus Goſchii filii. Benedictus Henningi filius.

Ex Reueloviana 2. D. Nicolaus Eq. aur. Item Nicolaus.

Ex Walſtorpianâ 5. Henningus & Otto Dethlevi filii. Dethlevus, Theodorus & Nicolaus Ottonis filii.

Ex fa-

Ex familiâ Nobilium de Wiſch 7. Wolffgangus. Nicolaus, Henningus & Otto Wolffgangi filii, Nicolaus Henrici filius. Henricus: Item Nicolaus veteris Nicolai filius.

Ex Pogwiſchianâ 12. Henningus. Wolffgangus & Henningus Henningi filii. Benedictus Hartwici filius. Wolffgangus & Benedictus Wolffii filii. Hartwicus. Hanſius Hartwici filius & alter Hanſius alterius Hartwici filius.

Ex Wolffianâ 2. Nicolaus & Otto.

Ex Ratlovianâ 7. Sigwerdus. Matthias Otto. Henningus & Luderus. Emekinus Wolffgangi filius.

Ex Rumorianâ 2. Luderus. Hanſius Henningi filius.

Ex Bockwoldianâ 5. Dethlevus. Henricus D. Dethlevi Eq. aur. filius. Laurentius & Henningus. Dethlevus Dethlevi filius.

Ex Brocktorpianâ 3. Joachimus & Sigwerdus Henrici filii. Item Henningus.

Ex Blomianâ 2. Theodorus & Henricus Theodori filii.

Ex Seſtedianâ 13. Reimerus D. Ottonis Eq. aur. filius. Otto Benedicti filius. Otto, Nicolaus & Reimerus D. Sigwerdi Eq. aur. filii. Sigwerdus & Wolffgangus Henningi filii. Reimerus Hartwicus & Heilwigus Ottonis filii. Emekinus & Benedictus D. Ottonis Eq. aur. filii. Emeko Marquardi filius.

Ex Breidianâ 5. Wolffgangus. Marquardus Wolffgangi filius. Paulus, Henricus & Hartwicus D. Joachimi Eq. aur. filius.

Ex Krumdichianâ 2. Georgius Borchardi filius. Luderus Henningi filius.

Ex Meinſtorpianâ 3. Ivo, Henningus Thimo Ottonis filii.

Ex Swa-

Ex Swavianâ 4. Henningus. Joachimus. Nicolaus. Dethlevus.

Ex Stakianâ 3. Henningus, Benedictus & Nicolaus.

Ex Hökianâ 1. Joachimus.

Ex Qualiana 1. Bernhardus.

Ex Tineanâ 1. Dethlevus.

Ex Mœtenâ 1. Nicolaus.

Marquardus, Henricus & Goſchius à Siggen. Hartwicus Schinckel. Marquardus Parſow. Marqu. & Otto Latendorpii. Nicolaus Porsfelt. Gerhardus Kœtelbergius. Henricus Bonckſtorpius. Henningus Meſtorpius. Nicolaus Kule. Dethlevus ab Hadelen.

ANNO CHRISTI 1470.

A. C. 1470. SEgebergæ aliud ſolenne fœdus, ad prius infringendum, die Jovis poſt Dionyſii ictum eſt, inter Chriſtianum I. Daniæ, Sueciæ ac Norwegiæ Regem, Epiſcopos Nicolaum Sleſvicenſem & Albertum Lubecenſem, Civitatesq; Lubecam, Hamburgum, Chilonium, Rendesburgum, Itzehoam, Crempam, Sleſvicum, Flensburgum & Haderſlebiam, atq; Holſatiæ Proceres aliquot, quorum nomina ex diverſis familiis hîc annotavimus.

Ex Ranzovianâ 18. Nicolaus, Cajus, Hanſius & Henricus. Schacko, Marquardus & Nicolaus Henningi filii. Schacko Nicolai filius. Goſchius Goſchii filius. Petrus, Paulus & Henricus Breidonis filii. Hartwicus D. Schackonis filius. Marquardus, Nicolaus & Woldemarus Marquardi filii. Hartwicus & Otto Woldemari filii.

Ex Alæfeldiâ 10. Goſchius, Nicolaus, Henricus, Benedictus & Dethlevus D. Johannis Eq. aur. filii. Nicolaus

colaus in Segarten. Benedictus, Otto, Schacko & Nicolaus Wolffgangi filii.

Ex Reuelovianâ 2. Nicolaus & Dethlevus Equites aur. Nicolaus.

Ex Walſtorpicâ 2. Henningus & Ottho.

Ex Blömianâ 2. Theodorus & Henricus.

Ex Seſtedianâ 8. Reimerus D. Ottonis Eq. aur. filius. Otto Benedicti filius. Emekinus, Otto & Benedictus D. Ottonis Eq. aur. filii. Otto, Reimerus & Nicolaus D. Sigverdi Eq. aur. filii.

Ex Pogwiſchianâ 5. Wolffgangus Hanſii filius. Henningus. Wolffgangus Wolffgangi filius. Benedictus Breidonis filius. Bartramus.

Ex familia Nobilium de Wiſch 2. Wolffgangus. Nicolaus Nicolai filius.

Ex Bockwoldianâ, 2. Dethlevus. Henningus Henrici filius.

Ex Meinſtorpicâ 1. Ivenus.

Ex Rumoriâ 1. Luderus. (thias.

Ex Ratloviâ 3. Sigwerdus. Nicolaus. Mat-

Ex Heſtenicâ 2. Eggerdus. Luderus.

Ex Brocktorpianâ 3. Joachimus, Sigwerdus & Henningus.

Ex Sturenſi 1. Antonius.

Ex Krummendickianâ 2. Georgius Borchardi filius. Luderus Henningi filius.

Ex Dammianâ 1. Dethlevus.

Ex Svinianâ 1. Henningus.

Ex Stakianâ 1. Henningus.

Ex Breidianâ 2. Henricus & Paulus.

Ex Swavianâ Dethlevus. Item Nicolaus Kulen. Dethlevus ab Hadalen. Marquardus à Siggen & Otto Wiltbergius.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

HOC ego Pieriis opus aſpirantibus, olim
Ad Sualæ liquidas, ſum meditatus aquas:
Cimbrica Joannes cum Sceptra teneret Adolphus,
Auſpice CHRIſtiano juraq; Rege daret.
Illuſtres cum quo patriæ jam flectit habenas,
Ac humeris regni nobile geſtat onus.
Felices ambo! vos ſerior efferat ætas,
Et liget unanimi fœdere dulcis amor,
Famaq; majorum vos excitet alta parentum,
Sive ſit hæc armis edita, ſive togâ:
Vltima ſic veſtros horreſcent Bactra nepotes,
Sic celebres virtus vos feret inter avos.

FINIS.

DIVER-

DIVERSA QVÆDAM DE Cimbris EPIGRAMMATA.

Cimbrorum Gloria bellum.

DE CIMBRIS EX VALERIO Max. lib. 2. cap. 1.

Cimbris decus bello mori nefas thoro.

CVr dant lætitiæ pugnātes jubila Cimbri?
Gloria militiæ fortiter arte mori. (tur?
Afflicti morbis contrà cur triſte querun-
Laude nefas nulla mortis obire diem.
Bellica plus cordi Cimbris, quam gloria pacis,
Suavè mori bellis: in thalamoq́; gravè.

JOHANNES LAUTerbachius.
Peöta Coronatus.

Virtus bellica atq; civilis Cimbrica.

DE JOHANNE RANZOVIO Equite aurato.

CImbria bellatrix genuit me filia Martis,
Duraq́; militiæ contulit arma ſuæ.
Verum ne teneri primis in floribus ævi
Eſſet natali ſors mea fixa ſolo,
Ipſe peregrinas urbes & regna petivi,
Quæ procul Arctoa diſsita ſede jacent.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Turcicus hinc Solymam cum Cæſar cæperat urbē,
    Emerui factis nomen equeſtre meis:
Ac ita, per belli varias exercitus artes,
    Dum vixi, patriæ Joſua fortis eram.
Tres ſacro vidi cingi diademate Reges,
    Ac à conſilÿs his quoq; ritè fui.
Sanguineum Danis ejeci finibus hoſtem,
    Bis regio cujus ſparſa cruore fuit.
Dithmarſosq; truces acri virtute ſubegi,
    Eſt Oitina mea libera facta manu.
Adde quod illuſtres felici Marte triumphos
    Victor ovans fuſo bis quater hoſte tuli:
Ætherei donec pius agnitione parentis,
    In ſenio, fatis obruor ipſe meis.

ALIUD
De Henrico Ranzovio Produce Reg.

Henrici certant Ranzoi nomine Divi:
    Mercurius, Pallas, Marsq; ſororq; Jovis.
Ingenium Maja natus, Tritonia pectus,
    Arma viro Mavors, Juno miniſtrat opes.
Arbitrio præſunt Phœbus, Dictinna, Deæq;
    Aonos: hinc aliæ jurgia litis habent;

Lauri-

Lauriger extollit doctrinam Cynthius, artes
Pierides, mentem caſta Diana piam.
Judiciumq; Jovi defertur: dicit habendum
Communem. litis cauſſa peracta fuit.

ALIUD
Henricus Ranzovius de ſe ipſo.

SI patriam, patria eſt mihi Cimbria, ſtemmata quæris,
Nobile Ranzoviis me genus addit avis.
Si mores, vitamq; vetat pudor addere de me:
Muſa ſed hos, patriæ cætera nota meæ.
Namq; licet ſtudiis hæc belli præferat artes,
Mos tamen eſt fari Cimbricus absq; dolo.

ALIUD
De Daniele Ranzovio Duce belli Regio.

ROma ſatum quondam metuebat Amilcare, cujus
Auſonis invictas horruit ora manus:
Magnanimi donec Scipionis robore victo
Inferrent properam ſumpta venena necem.
Ranzovii noſtro Danielis tempore Suecis,
Majorem peperit vis animoſa metum.

Sex quia continuis ſummus dum præfuit annis
Militiæ ductor, Rex Friderice, tuæ,
Adverſas vicit ter aperto Marte phalanges,
Atq; trophæa ſuo munere digna tulit.
Auſus & exiguis invadere viribus hoſtem,
Ipſe dedit victor millia multa neci.
Tresq; feris belli ductores obruit armis,
Preſſit & hoſtili colla ſubacta jugo.
Deniq; VVarburgæ cum mœnia cinxerat arcis,
Regis ut imperio ſubderet illa ſui,
Sulphurea lucis uſuram glande reliquit:
Mens agit in cælis, fama relicta ſolo.
Pœnorum celebres extollant facta nepotes;
Novit & Hannibalem Cimbrica terra ſuum.

JONAS ab EVERVELT.

Animoſitas muliebris.

DE ANNA BREIDANA, D. OTtonis Ranzovii conjuge heroica, quæ tantæ pietatis in filios fuit, ut hoſtibus arcem invadentibus revelare eos noluerit, ardenti quoq; foco impoſita; ac ſic eoſdem, ne caperentur, ſervavit.

Maternus eſt in filios ingens amor

MUtius exemplum memoratur Scævola fortis,
Errantem quod ovans torruit igne manũ:

Ranzovii Conjunx exemplum majus Othonis,
Breidana ducens nobilitate genus,
Arce expugnata, clàm quos abſconderat, hoſti
Ne tacito genitos prodat ab ore ſuo:
Non tantum dextra toto ſed corpore flammas
Ardentis pectus fert animoſa rogi.
O fidam matrem! vivant ut pignora vitàm,
Non vitæ parcens, fortis in igne manet.
Extorquere locum fruſtrâ tentabat ut hoſtis,
Ne redeunte viro forte prematur, abit.
Hoſte ſoluta ſuos per tempora longa dolores
Suſtinuit, donec reddita juſta ſalus.
Deſine Roma tuos extollere, non modo fortes,
Dat quoq; magnanimas Cimbrica terra nu-
(rus.

Mors pro patria Glorioſa

DE POGVVISCHIA MATROna magnanima, quæ cum amiſiſſet in expeditione, quam Comes Holſatiæ Gerhardus contra Dithmarſos ſuſcepit, filios octo, & maritum ſalvum redire falſo nunciatum fuerat, eum recipere noluit, antequam vulneratum quoq; eſſe certò cognoviſſet.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Pro patriæ mori ſalute gloria,

DIthmarſi multos è nobilitate dediſſent
Cum letho, ſociæ quos genuêre domi
Accipiens ſobolis miſeram Pogwiſchia mortem,
Et ſupereſſe virum, ſic ſtomachoſa refert:
Non latus attinget mihi conjunx amplium unquã,
Mercatus vitam qui, ſine laude, fuga,
" *Militiæ vitam qui pro duce novit, inultum*
" *Amiſſo pugna turpe redire Duce.*
Nuncius admirans ſtomachoſæ verba, ſubinfert:
Non fugit, vitam ſpiritus æger agit;
Cominus accepto vix ducit vulnere vitam,
Hinc ad ſe rediens pectore læta refert:
O me felicem, quæ prolem nacta virumq́;,
Pro patriis vitam quæ poſuêre focis!
" *Vulneribus patriæ virtus quæ commoda quærit*
" *Digna favore hominum, digna favore DEI.*

Johannes Lauterbachius
Poëta Coronatus

Pietas

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

PIETAS MVLIERVM NOBILium Holſaticarum in Maritos ſuos, cæſos à Dithmarſis ac ſepulturâ prohibitos, quos ſub Monialium habitu uxores humârant.

In Conjuges, pias decet eſſe Conjuges. A. C. 1404

A Chriſto nobis de purâ virgine nato,
Reddita quo miſeris vita ſalusq; fuit,
Mille, quadringentos, & tres expleverat annos
Phœbus & in curſu præpete quartus erat:
Tunc in Dithmarſos effrenes prælia movit
Dux Holſatorum, ſed miſeranda nimis
Nam bis ſex equites auratos pugna, trecentos
Inſuper inſignes nobilitate viros,
Atq; Ducem letho dedit improviſa Gerardum,
Non mala cauſſa licet belligerantis erat.
At nunc à Viduis, quid facta clade ſit actum
Nobilibus, paucis commemorare libet.
Veſtibus indutæ, quas virgo monaſtica portat,
Conjugibus præſtant hoc pietatis opus.
Corpora ſollicite quærunt occiſa ſuorum,
Exequias illis inſtituuntq; pias;

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Et mæſtis animis funebria munera ſolvunt:
O pietas omni commemoranda die.
Dithmarſi ſiquidē tumulum, mihi crede, negaſſent
Inſigni claris nobilitate viris:
Hâc ita decepti ſanctâ niſi fraude fuiſſent,
Matronæ æternum quæ meruêre decus.

G. VV.

Aliud de eadem pietate.

Tempore quo Princeps cum nobilitate Gerardus
Dithmarsûm Rigido cæſus ab enſe perit:
Victrix ira negat poſtremum mortis honorem,
Quem pro defunctis orphana turba rogat
Non tulit hoc pietas muliebris, juſtaq; ſolvit,
Hoſtes laudato ludificata dolo.
Quippe ſuos Viduata cohors, monialis amictu
Cincta, per exequias rite recondit humo.
O fidasq; piasq; nurus, inhumata ſuorum
Quæ Jove ſub puro membra jacere vetat.

ALIUD.

In Conjuges pias decet
Non fictus uxores amor.

Præcipuos inter quondam virtutis honores
Gloria Thebanas extulit alta nurus,

Poſt-

Poſtquam devictos miſeranda clade maritos
Servaſſent humeris (provida turba) ſuis.
His ſimiles edit matronas Cimbria, mirus
Thebanis præfert quas pietatis amor:
Nam fera Dithmarſis Princeps dum bella Gerar-
Movit, & adverſa concidit hoſtis ope, (dus
Pectora nobilium gens illa trecenta feroci,
Et bis ſex equitum, cum Duce ſtrage dedit.
Nec quiſquam, præter veſtales funera Nymphas
Tradere cui terræ caſa daretur, erat.
Ergò, ne diræ lacerarent membra volucres,
Neu canibus fœdis eſca cruenta forent,
Fingebant habitus Moniales veſtibus albis
Orba parens natis, orbaq; nupta viro;
Aſpera belligeri nec fulmina mille Gradivi,
Nec loca fecerunt enſibus apta moram,
Per medios pietas hoſtes, mediosq; per enſes
Monſtravit tutas, mensq; probata, vias:
Corpora donec erant fatalibus abdita terris,
Juſtaq; defunctis Manibus apta darent.
Felices tanto decorati mortis honore,
Cumq; ſuo quibus eſt Principe dulce mori!

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Cedite matronis Thebanæ cedite Cimbris,
Veſtra fuit vivis officioſa manus:
Cimbrica non ipſa Pietas in morte reliquit,
Eſt quod in exequiis teſtificatus amor.

Jonas ab Elvervelt.

ALIUD.

In eandem Sententiam.

DIthmarſo in bello cecidit cum Marte Gerhar-
Holſatiæ illuſtris magnanimusq́ comes. (dus
Nobilium numerus cecidit quoq; cæſus ab hoſte
Ingens, ſub dio qui jacuēre diu.
Aſt horum uxores inhumata relinquere nolunt
Corpora, quæ buſtis digna fuēre ſuis.
Decipiunt igitur moniali veſte colonos
Iſtaq́ prætextu relligionēs humant

Fidelitas grata

DE BORCHARDO ITZE-
hudæo nobili Holſato.

Trew
Herr/
Trew
Knecht.

Duci fideli, ſunt fideles ſubditi.

MAgnas, Holſatiæ Comes Gerhardus,
Parva Chriſtophori cohorte Regis,

Fortunæ

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Fortuna Duce, copias, Leonis
Campo fuderat. Itzehudus, hoſtem
Regem, nobilis Holſatus, morantem,
Noctu intercipit, in vado, trahitq́;
Gottorpum: Comitem vocat tumultu,
Et plagas ſimulans graves, requirit:
Sperandum ſibi quid ſit; obligato
Danis ob lytron. Huic Comes benignus
Offert ſe, ſuaq́; omnia, atq; vinctos.
Hinc Borchardus ait: mihi benignè
Reſpondens Animo bono eſto, gratâ
Captivum tibi mente ſiſto Regem.
Fideli Domino, fidelis omni.
Prodeſt officiis, loco miniſter.

ALIVD.

S*It ſervans fidei Princeps, quicunq́; miniſtros*
Servantes fidei poſtulat eſſe ſuos.
Hujus ego cauſæ, quo ſit manifeſtior illa,
Verſibus exemplum, commemorabo meis.
Chriſtophorus primus, Daniæ Rex, atq; Gerhardus
Holſatiæ gererent cum fera bella, Comes
Mirandum evenit: Danorum exercitus ingens
Fuſus ab exigua namq; cohorte fuit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Quorum pars cæſi gladio, pars altera capti,
Pars ſibi difficili conſuluere fuga.
Rex etjam fugit, ſed non aufugit, & hoſti
Traditus infauſta deditione fuit.
Nam Borchardus eques regem ſub nocte ſilenti
Cepit, ubi regis dicitur eſſe vadum.
Gottorpum ſeſe mox contulit, atq; Gerhardi
Mentem exploravit calliditate ſua.
Expediam paucis, hoc qua ratione ſit actum,
Captivum quonam tradideritq; modo.
Borchardus magno vigiles clamore fatigat,
Vt ſomno poßint evigilare gravi.
Territus à ſomno ſurgit Comes ipſe Gerhardus,
Et caſtri portas obſtupefactus adit.
Quis fuerit tanti clamoris, quæritat, autor,
Atq; cupit, clamor, ſcire, quid iſte velit.
Mox Borchardus adeſt, Comitẽ affaturq; Gerhar-
Aſtute ſimulans vulnera, vincla, lytron. (dū
Quid dabis auxilii, Comes ô generoſe Gerharde?
Conſilii porro quid, generoſe, dabis?
Captus ab hoſte fui, cum me dimittere nollet,
Juravi ſanctè ſolvere velle lytron.
Obſtrinxiq; fidem, qua ſi privarer ab hoſte,
Vita mihi poſthac omnis acerba foret.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Ille refert contra: non eſt, Borcharde, timoris
Cauſa tibi, non eſt, exime corde metum:
Pro te dimittam Danos, quos agmine magno
Cepi, captivis tu redimère meis.
Fortunas, omnesq; meas impendere vires
Haud me tædebit, liber ut eſſe queas.
His dictis, Borchardus eques Itzehudus ibidem
Captivum Regem ſiſtit aitq; ſimul:
Accipe Chriſtophorum, quem votis ſæpè petiiſti,
Qui tibi militiæ maxima cauſa fuit.
Fidus enim Dominus, fidum facit eſſe miniſtrum: “
Quem fraus delectat, fraude doloq; perit. “
Ergo ſit fidei ſervans, quicunq; miniſtros “
Servantes fidei poſtulat eſſe ſuos. “

ERRATA.

IN Dedicatione ſub lit. B. poſt evecti ſitis, inſeratur ingratam. Sub lit, C de Holſ. ſingulari pro Ducatum leg. Ducatuum. Sub lit. C 3. pro Regibus leg. Regi. ſub lit. D. facis. in titulo pro 58. leg. 56. ſub lit. E pro 1587. leg 1588 ſub lit. E 2. pro decidit l. decidat. ſub lit. F 3. pro Egregiiq; leg. Egregii. ſub lit. G 3. pro 1599. l. 1399 ſub lit, H A. C. 1521. pro Cati l. Hinrici. ſub lit. H 3. fac. 3. ubi numerus anni deeſt legatur 1579. ſub lit. H 3. fac. 4. pro 1583 l. 1582 ſub lit. M 3. fac. 3 pro præpoſitus l. Præfectus. In familia Brocktorpiana ſub lit. N. 2. deleatur Comites, quod bis ponitur. ſub lit, O columna 4. pro Friderici I. l. Frider. II. ſub lit. P 2. in famil. VVittorpiana pro tempora l. tempore. ſub lit. Q 2. in famil. Ritzeroviana pro Ritzovios l. Ritzerovios.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Ex hac Meyendorffiorum nobili familia prodiit SVIDIGERVS, initio quidem Henrici II. Imperat. Cancellarius ut infra sub A. C. 1047. memini deinde in Episcopatum Bambergensem XI constitutus Episcopatui VI annos præfuit. Demum vero Sutrii in Synodo 12 Calendas Jan. in Romanorū Pontificem CLEMENTIS II asscito sibi nomine electus, annuente, vel potius imperante Henrico III Imperatore, qui Benedictum IX Gregorium VI, Sylvestrum III. Summo Pontificatu removit: et sic Imperii jura in Electione Pontificis Rom. et dispositione sedis Apostolicæ usurpata ab Hadriano I. Carolo Magno. Leone VII et Ottone I. recuperavit.

Viva Effigies

CLEMENTIS II

Romanorum Pontificis antea Suidegerus nominati, qua etiam illum Itali depingunt et Joannes Baptista de Cavalleriis cum reliquis Pontificibus, æneis tabulis incisum edi curavit.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

BIBLIOTHECA REGIA HAFNIENSIS

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Eridagus etiam, Ludolphus atq Leo, vel ut alii ipsum nominant Udo Meindorffii Judices et Assessores Judicii Imperialis Nord Albingorum in inclyta Hamburga urbe fuerunt.

Habuit quoq Adelwardum, cognatum et Praeceptorem Adelgarii qui Episcopus Verdensis XIIII ab Henrico Aucupe electus fuit.

Adelgerius vel (ut alii volunt) Adeldagus Meindorffius ex Canonico Hildensheimensi factus ē, ex commendatione cognati et Praeceptoris sui Adelwardi Consiliarius, ac postea Cancellarius Ottonis I Imperatoris totiusq Imperii propter singularem eruditionem et prudentiam. Defuncto vero Unone, ab eodem Imperatore in Archiepiscopum Hamburgensem investitus ē A. 936.

In Daniam relligionis propagandi causâ cum Imperat. profectus, Gunhildem Reginam et filium parvulum Zueninem, jussu Regis Heraldi baptizavit, estq filius â Compatre Zuenotto nominatus A. C. 949 ibidem Ecclesias ordinavit. In gente Henetâ devicta ab Imperatore Ottone, Evangelium Jesu Christi docuit et Apostolus eorundem nominatus est.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Hermannum Billingium Imperatori commendavit
cui in iturus cum Imperatore A. C. 961 administrationem dioece
sis suae commisit: Synodo ibidem, in qua Johanne XII Pontificatu
motus est, interfuit, Romam inde reversus A. C. 966 Benedictum
V. Pp. secum duxit, qui Hamburgi ab eo sustentatus est summa
cum liberalitate, quoad vixit usq. mortuus ac sepultus jacet.
Obitus ejus infra sub A. C. 988 mentio facta est: Bremae vero ad
caput Ludovici sepultus est, ubi tales de eo extant versus:

Nobilis esse volens, vestigia certa sequere
Semper Adelgeri; nomine certus enim est.
Nobilitatis habens nomen, re nobilitatem
Majorem exhibuit, nobilis ergo monet.

Friedenreus à Meinsdorff captus à Danis incursionem in Hadelariam facientibus et Stadam vastantibus A. C. 988. Sed liberatus cum sociis suis Nobilibus Eridago ab Arnim, Viricone ab Asseburgo, Edone de Schulenburg, à Bennone Duce Saxoniae, et Luneburgi, qui Danos fudit.

Otto Meinsdorffius Eques auratus, cum alio Ottone ejusdem familiae, Henrico Episcopo Naumburgensi haereditariam arcem suam Meindorff vendiderunt non ex necessitate quadam l. indigentia coacti, verum ut religiosis gratificarentur. ex qua arce Monasterium aedificatum fuit A. C. 1214.

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]

Early European Books, Copyright © 2012 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of The Royal Library, Copenhagen.
LN bis 345 [42,-29 4°]